Renatum è Myſterio

PRINCIPIVM PHILOLOGICVM,

In quo

VOCVM, SIGNORVM ET PVNCTORVM,

tum &

LITERARVM MAXIME AC NVMERORVM

ORIGO.

NEC NON NOVVM VARIARVM RERVM SPECIMEN ETYMOLOGICVM

Forma Dialogi propalatur.

AVCTORE

IOH: PETRO ERICO

ISENNACENSI THURINGO.

Ling. & Geogr. Profeſſ. & Correct. Publ.



PATAVII. ANNO. M.DC. LXXXVI.

Ex Typographia Seminarii.

Superiorum Permiſſu.

Ad Hebræos Cap. 5. V. 12.

Cùm deberetis Magistri esse propter tempus, rursum indigetis, ut vos doceamini, quæ sint Elementa exordii Sermonum Dei; & facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo.

IN SYMBOLVM AVCTORIS.

ÆDIFICEMVS!

KLINGGEDICHT.

ZVm VVerck! Zum Sprachen-VVerck! VVir vvollen bauen
Nicht einen Thurn, vvie Nimrod that, vielmehr
Die Sprachen-Thir, vvodurch der Zungen Lehr
Geleitet vvird in geiſtliches beſchauen
Der Einigkeit; Vervvirrung machet grauen,
Darinn der VVelt-Bau ligt von Babel her,
Ein VVort, Ein Gott, Ein Geiſt, EINS *hat die Ehr!*
In dieſem ſoll ein ieder ſich erbauen.
VVol dem der baut auf Felſen, nicht auf ſand,
Auf VVahrheits-grund, und nicht auf leeren Tand,
Der FELS *iſt Er, Mein Vetter: darauf ſtehet*
Der VVorte-Zahlen-Zeichen-Letter-Reich
Beſtendig bis zum Letzten Punkt, ob gleich
Die Zvveytracht, Zanck und Neid darvvider vvehet.

Sic Domino Patruo Gratulabundus accinit
Chriſtophorus Michael Ericus,
Ex Fratre Nepos.

THEQ.

PHILOGLOTTIS
MVSARVM
MECOENATIBVS
OPTIMIS,
SVMMA MIHI OBSERVANTIA COLENDIS.
D. D. D.
IO: PETRVS ERICVS.

VOS alloqui res ipſa monet, Philologię Mecœnates Pereximii, & VOBIS meus jubet animus offerre enucleatum hoc Loquelæ & Vocis Humanæ, Characterum ſimul ac Numerorum Principium, utpote quibus cùm

altiora Diſciplinarum ſtudia, tùm elementaria inprimis Literarum fundamenta, vel ob id unum cognitu quàm maximè neceſſaria, quòd illis & omnis noſtra ſcientia, & totius Encyclopædiæ ſtructura innitatur, cordi & curæ meritò eſſe perſpicio.

Et quoſnam opportuniùs compellarem, quibuſve has lucubrationum mearum digniùs conſecrarem primitias, quàm Nomini Veſtro auſpicatiſſimo? quippe apud quos in pretio conſtat eſſe orationem, rationis decus & ornamentum; orationem, inquam, cui cum ratione tanta eſt ſimilitudo, ut Græci qui non intelligendi ſolùm, ſed loquendi etiam, quin imò, quod novum nemini videatur, linguæ omnium primævę principatum obtinuerunt, uno utram-

que

que vocabulo; Latini autem Græcorum ſapientiæ ęmuli eodem pænè nuncuparint.

Equidem, ut diverſa hominum ſunt ingenia; ita ſuo cuilibet dulce eſt frui, & nemo non optat igniculos naturæ indoliſque ſemina fovere. Ego proindè, qui natura ad hæc ſanè ſtudia ſermocinalia factus mihi eſſe videor, & iiſdem permultos jàm annos in hac SERENISSIMA VENETORVM REGIA, viva quotidiè voce inculcandis occupor, quin & ſcriptum meum aliquod, tanquam majorum conatuum anteſignanum publicè extaret, à me ipſo impetrare non potui. In quo quidem tantum abeſt, ut curam ſectari verborum, (Rhetoris hoc enim eſt officium) artemve ſuſcipiam oſtendere, ut potiùs Grammaticæ legibus obtempe-

rans Dialogi tantùm norma acquiescam, perspicuoque sermone contentus id unum agam, quò mentem meam erudito Orbi explicem.

Illud autem VOBIS persuadeatis velim, me nihil magis cupere, nihil magis in votis habere, quàm ut Deus tandem, atque utinam in tempore opportuno, aliquos Rei Literariæ Promotores suscitet, qui ad Divini sui Nominis gloriam, Bonique publici commodum, quin etiam ad Ipsorummet promoventium, memoriæ post funera insuper victuræ perpetuitatem, cæteros quoque Conatus meos Etymologicos, quos in hoc genere, & quidem DE OMNIVM VOCABVLORVM EVROPÆORVM ORIGINIBVS, ex Ægyptiaco, & Græco dehinc fonte, ut prima ipso-

ipſorum & unica ſcaturigine derivatis, non unius tantùm anni ſtudio elaboravi, atque adhucdum concatenatis curis ad colophonem perducere contendo, liberali ſubſidio ſecundare, ac intentioni meæ, in qua omnes cogitationes diu noctuque evigilare jubeo, impenſis prærequiſitis velificari ſuſciperent.

Inter hæc ſerena fronte accipite, Mecœnates optimi, hoc qualecunque opuſculum, veritatis amore, non novitatis ſtudio à me in lucem editum: acceptum legite, lectumque judicate, & ſi, ut ferè confido, Veſtrum fuerit ad palatum, Veſtro etiam præſidio tuemini. At me in poſterum quoque ut ſemper, Veſtri Nominis Cultorem ſtudioſiſſimum, aura proſequimini benevolentiæ, Operiſque cui in vulgus emittendo indefeſſus inſudo, in

melius dignemini meminisse.

Ita VOS DEVS veros Reipublicæ literariæ Antistites semper felicitet, ac protegat!

Dab. è Musæo Veneto VI. Id. Ianuarii

Anno Æræ Christianæ. M.DC.LXXXVI.

IN

IN

CLARISS. ET LITERATISS. VIRI,

IOH: PETRI ERICI

RENATVM E MYSTERIO

PHILOLOGICVM PRINCIPIVM,

ELOGIVM.

QUod aſpicis, Lector,
Magnum potiùs eſt, quàm Volumen,
Portentum.
In Linguis confundendis
Potentia DOMINI
enituit.
In Linguis modulandis
PETRI Virtus
effulget.
In Ipſo
VOCES
Auctoris reſonant laudes;
SIGNA
maximi ſunt Notæ Ingenii;
PUNCTA
partæ Gloriæ centrum exiſtunt.

Honoris & amoris ergò
Joannes Hieronymus Friſari
U. I. D. & Correct. Publ.

MUSA

MVSA

TRILINGVIS ENCOMIASTICA, ERUDITIS NON MINUS, QVAM RERVM NOVITATE APPRIME CVRIOSIS, CLARISS. AVCTORIS LUCUCRATIONIBUS HISCE CONSECRATA.

I. TEVTONICA.

EH'als der harte Stahl, und neue kinsten galten,
Da hat die alte VVelt mit keulen holtz gespalten:
Eh' Theopranicus *den VVærter-stamm bevvehrt,*
Da hat mann Eisen-VVaär fir reines Gold geehrt.
Zur Prob Herrn Critici! *VVoher mag PIVS kommen,*
Das in der Helden-Sprach bedeutet einen Frommen?
VVas gilts, Ihr vvist es nicht? Eu'r (a) Abgott selbst gesteht,
Ihm sey noch unbevvust; aus vvas sein ursprung geht.
Herbey zum VVurzel-buech des (b) Gnaden-Steines-Reichen!
Begriest Aphæresin*: då vvird Eu'r dunckel vveichen.*
Enthaupet ΗΠΙΟΣ, *so blickt Euch PIVS an,*
Als pflegt (frisch, unverzagt) ein Teutscher Bidermann.
So habe nun den Ruehm der edlen VVorte-zvveigen
HERR ERICH! unveracht anbey der Rumpel-Geigen
Des grauen Alterthumbs, vvelches (ò vvunderthat!)
Miles, à Mira Res, *eh'mals gefidelt hat.*

Iedoch

Iedoch bleibt es darbey: Das Alter soll mann ehren!
Obs gleich zu mancher zeit gefehlet hat im Lehren;
Fehlt doch der Moses selbst, der das Gesetze tregt,
Auch oftmals wird der Artzt in das spittal gelegt.

(*a*) Gerardus Johannes Vossius Criticorum Coryphæus in Lexic. suo Etymolog. *Pius*, inquit, *undè sit, nondum reperi*.

(*b*) Quid? quòd Johannes Petrus Ericus Amicorum meorum oculissimus, Criticorum ut ita, & impunè dicam, F V L M E N,
Fundatique Petra Nominis omen habens:
Et *Pius undè sit*, & cætera ἔτυμα, nova demonstrandi methodo jam reperit. PLAUDITE!

GRÆCA.

ΑΝδρὸς μὲν στέφανος παῖδες, πύργοι τε πόληος·
Αγλαὸν ἀλλὰ ΠΕΤΡΟΥ ἔργαμα τοῦτο κλέος·

Κόσμος ὑπὲρ τεκέων κύδιμοι παῖδες φρενὸς εἰσὶ,
Μουσῶν καὶ χαρίτων χάρμα τε ἠδὲ φάος·

Ιδοὺ, ὡς ΕΡΙΚΟΣ τέκε νῦν γλαυκῶπιν Ἀθήνην·
Παρθένον αἰδοίην, ἀθάνατόν τε τιμὴν·

Καὶ σὺ μὲν οὕτω χαῖρε ΠΕΤΡΟΥ τέκος ἀρυκλύτοιο·
Αυτὰρ ἀεὶ ὑμέεις ἄσομ᾽ ἐγ᾽ ἀμφοτέρους.

AD ZOILUM.

Ράδιον ἐς᾽ ΕΡΙΚΟΝ μωμεῖσθαι, οὔτε μιμεῖσθαι·
Ἄρα πρὸς ἀδυνάτον, Μῶμε κάκιστε, σίγα.

LATINA.

IO ANNES PETRUS ERICUS.

PER

ANAGRAMMA PVRVM:

EN SERIUS THEOPRANICUS!

Æ *Dificemus* ait Populus ſuper Aſtra ſuperbus:
At *Confundamus* TRINUS & UNUS ait.

Mentis ut hinc; ita ſuccrevit diſcordia *Linguæ*,
Quæ, dum mens concors, primitùs *Una* fuit.

Ædificamus adhuc: Operis neque finis in orbe,
Finalis donec, proh! fragor Orbis erit.

En Serius fauſto noſter *Theopranicus* auſu
In BABEL Ipſe etiam, non BABEL *ædificat!*

Scilicet EUROPÆ diſcordia Nomina rerum
Unit: at Herculei hoc nonne laboris opus?

Cernite cordati Proceres, *Ex Ungue Leonem*!
Magnaque quàm varient DONA videte DEI.

Aſt TU macte animo, Theopranice, vivito Muſis,
Et TIBI; fama etenim debita ſponte venit.

AIo

AIo, neqVe ID teMerè : VIta tVa ſCrIpta perennI

ſLorebVnt, rara qVæ noVItate paras.

Quo triplici, Μυστομέτρῳ THEOPRANICO Suo Fautori & Amico benevolentiſſimo, Philologi vice, in ALMA ANTENOREA, BENE ominando congratulatur,

Michael Stahel VVirttembergenſis
Medic. Candid.

In

THEOPRANICVS. PHILOLOGVS.

SAlve Philologe! Sat diu siluisti, repone sis tandem & interroga, quò citiùs studiorum tuorum metam assequaris.

Phil. De studiis antequàm ex te quęram, scire aveo, quare alter antehàc Pythagoras extiteris, qui tantum silentium, & tam rigorosum mihi imposueras?

Theop. Non est de nihilo, quod quęris, atque ut desiderio respondeam tuo, brevibusque me expediam, hoc habe:

Principio generi animantium omni *Spirandi flandique* inter cætera facultatem Altissimus Creator indidit: quibusdam etiam animalibus sonum, licèt inconditum, edendi vim tribuit. At Hominem, Universi compendium, & Suiipsius imaginem, ratione pretereà dotavit & ingenio, queis de cunctis solus triumphat, dum animi sui sensa, verbis lingua formatis, distinctè ad intelligentiam patefacit. Homo autem, ut occulta faceret manifesta, ac omnia harmonicè magis communicaret, ARTEM invenit, qua quidem singularia generalibus ita subjiciuntur, ut facili methodo quævis addisci queant.

Jam verò, cùm Disciplinę Mathematicæ reliquis

ſcientiis jure præcedant; quippe ſine quarum cognitione olim nemo ad Philoſophorum Scholas admittebatur, eæque meris ſimplicibus, & citrà controverſiam veris demonſtrationibus, vel ſaltem hypotheſibus, quas notas & creditas eſſe oportet, nitantur & conſiſtant; Ideò non opus fuit, ullum verbulum obloqui, aut cauſam, quæ vel per ſe, vel auctoritate Præceptoris nota erat & vera, inutilibus quęſtionum męandris implicare, & in dubium vocare.

At quoniam de probabilibus nunc ſermo erit, teque in trivialibus ſatis inſtructum eſſe confido, odioſi ſilentii vincula ſolvo, objectiones, ſi quas habes, proferre jubeo, Tibique in illis reſolvendis omnem promitto operam & fidem.

Phil. Deo ſint laudes! Tibi autem, optime Magiſter, magnas ago gratias, imò ingentes, & mea juſſus proferre dubia, quęnam, quæſo, fuerunt illæ hypotheſes, de quibus hìc ſermo eſt?

Theop. A teneris didiciſti Alphabeti literas; computandi numeros; Zodiaci & Planetarum ſigna; intonandi Notas, & ſimilium artium liberalium rudimenta: nonne?

Phil. Hęc omnia in memoria habeo.

Theop. At quiſnam tibi ea ita, nec aliter, ſe habere perſuaſit?

Phil. Tua nimirum auctoritas: Quoniam Tu dixiſti

Theop. Rectè colligis: & ego, & Pręceptores mei ita quoque fuimus imbuti, & perſuaſi.

Phil. At hæc res in infinitum, audio, abibit, cùm tamen primus aliquis inventionis ejus auctor fue-

fuerit, ſit neceſſe.

Theop. Ultrà Adamum progredi non licet. Hic enim primus à Deo conditus, ſpiraculum vitæ ab ipſo ſuſcepit, aptiſſimum ut reſpirandi, reſonandique; ſic articulandi & nominandi principium.

Cujus deindè Poſteri modū invenere tonorum & verborum, ſignaque & literas, quæ tonos ac verba ſignificanter exprimerent. Quæ in artem pòſt redacta, excreverunt in figuras, linguas, & varias ſcientias, quarum multiplicitas innumera quaſi, & ſtupenda demùm evaſit.

Phil. Mira narras, meque inſimùl avidiſſimum reddis, iſtarum rerum non principia ſolùm & modos, ſed & auctores cognoſcendi.

Theop. Seth, ejuſque familia, cùm à Protoplaſto rerum audiſſet primordia, Poſteris ea notificanda ratus, duas (referente Ioſepho) miræ magnitudinis Columnas, lapideam unam, alteram lateritiam extruxit, quibus artes iam tùm inventas inſcriberet.

Phil. Quaſnam tum temporis artes fuiſſe inventas credis?

Theop. Illas, quas vulgus vocat Liberales, vel rectiùs omnium liberalium diſciplinarum rudimenta & principia.

Phil. Clariùs hæc, velim, explices.

Theop. Ex dicendi artibus, quæ logicæ appellantur, choream ducit *Ars Nominandi*, primiſque notionibus omnia diſtinguendi, cujus inventio Adamo debetur, qui cuivis animanti nomen ſuum dedit. In Phyſicis nihil eſt, quod tùm contemplandi non ceperit initium, ut Cœlum,

ut Aſtra; ut Elementa, Terræque in viſceribus Metalla &c. quorum primus inventor Tubalcain celebratur.

Jam Mathematicas quod ſpectat artes, Cainum legimus ædificaſſe, Jubalem inſtrumentis Muſicis luſiſſe, & fratrem ipſius Tubalcainum Metallicam & fabrilem exercuiſſe; Sethi filios Aſtronomiam inventaſſe, quæ omnia neceſſariò Arithmetices & Geometriæ principia & cognitionem qualemcunque inferunt. Oeconomiæ ſtuduit Jabal: ſub Hanochi auſpiciis Politica Societas erecta fuit. Sic Abel & Seth Divini cultus auctores deprædicantur.

Et denique utriuſque Hiſtoriæ, Sacræ videlicet ac profanæ, illius ævi Patres filum exorſi ſunt, cùm ad memoriam ſui conſeruandam, ſua *Nomina & Facta* Aſtris adſcripſere, donec inventa fuit *Graphica*, cujus beneficio hæc omnia, vel duabus ſuprà dictis, vel aliis ejuſdem materiæ columnis inſcriberentur.

Phil. Multa dixiſti, de quibus ſingulis informari cupio; præprimis autem ſcire velim, quomodo primi Parentes noſtri ſua nomina & facta aſtris adſcripſerint?

Theop. Probabile maximè eſt profectò, primævos homines idem Cœli Syſtema, quod Ariſtoteli & Ptolomæo adſcribitur, agnoviſſe, ſeptemque Planetis, digniſſimorum ſeptem hominum nomina impoſuiſſe, qui enim hodiedum audit:


Saturnus		Adam
Jupiter		Seth
Mars	illis	Cain
Sol	vocaba-	Abel
Venus	tur	Naema
Mercurius		Tubalcain
Luna		Heua

Phil. Apud alios quoque Auctores, & noviſſimè quidem in Arca Noæ, ſeu Hiſtoria Cl. Georgii Hornii hoc ipſum memini legiſſe.


Theop. *Facta* quod attinet, primas Ferias, ſeu primum Sacrificium *Deo acceptum* Arietis ab Abele oblationem fuiſſe conſtat; ut nullus dubitem, quin ab eodemmet primum in Cœlo Anni, vel Zodiaci ſignum indigitaverint.

Phil. Nè longiùs abeamus, Graphices velim principia monſtres.

Theop. Ad denotandum prædicti ſignum Arietis, ſola ejus *Cornua* depingere Ipſis ſufficiebat, hoc modo:



Sicuti ad figurandum Taurum, solum caput cornibus armatum delineare, visum iisdem fuit, h. m.



Elementorum autem Characterem signo *Crucis* extenderunt, ut apparet:




Phil. Et quare Crucis?

Theop. Crucis, inquam, quò faciliùs intelligar. Ex accidente enim illius capit similitudinem. Signo autem utcunque tali usi sunt Veteres, ad exprimendas elementorum quatuor qualitates, seu proprietates.

Ignis enim motu naturali sursum fertur, ejusque



flamma depingitur h.m. at rectilineatim ut subiectum Schema exhibet. Num. 1. *Aqua* econtrà vergit deorsum, cujus character est Num. 2. Et *Terræ*, Num. 3. delineatæ gravitas quiescit; qua super *Aeris* Num. 4. designati temperies hùc illùc omnia pervolat.



Solem prætereà Circulo



& Semicirculo Lunam



delineabant, imò sexcentis aliis hujusmodi signis alia quævis corpora notabant, ut in ipsorum hieroglyphicis abundè videre est; Ipsumque Deum ars hæc auctorem agnoscit, qui Cainum, ut dignosceretur, signo quodam reddidit noscibilem.

Phil. Hinc Nobiles, & Nobilium insignia originem ducere mihi persuadeo.

Theop. Hæc autem tanquam insigniora Tubalcain congessit, ad repræsentandam suiipsius imagi-

nem: cùm enim cognoviſſet, Aſtrorum, Metallorum, & humani Corporis membrorum &c. ſummam, nè dicam, magicam eſſe ſympathiam & concordantem ſymmetriam, ideò

Caput, vel Cerebrum, tanquam Sapientiæ thronum, notavit ſigno Lunæ:



Pectus, vel Cor, vitæ & actionum fontem, depinxit ſigno Solis:



Ventrem, vel Dorſum Cruce ſtipatum delineavit ſigno Elementorum:



Genitalia

Genitalia, vigoris ſymbolum, ſigno expreſſit Arietis:

♈

Phil. Optimè Arietis; ab ipſo enim Sacra in Terris,& Aſtra in Cœlis ſuum capiunt initium.

Theop. En totam Ipſius ſtatuam!



ex hac

Noſce Hominem phyſicè,Phyſicam ſi noſcere verã
Vis: TE ſi potis es noſcere eamque vides.

Quæ

Quæ poſtmodùm in hanc figuram, vel ἀρχέτυ-
πον γραφὴν coaluit.



Phil. Impensè placet; & cæteros Planetas haud gravatè, ſi lubet, depingas.

Theop. Quo facto, cæterorum etiam Planetarum ſigna ex eadem figura idem finxit:

Saturni h.m. ♄

Iovis ♃ — Vel recẽtiùs ita: ♃

Martis ♂ — ♂

Veneris ♀

At Solis ☉ Lunæ ☽

& Mercurii ☿ Signa

per ſe clara, ampliore elucidatione non indigent.

Qua

Qua quidem de re, plura si cupis, lege sis Joannis Dee Londinensis Monadem Hieroglyphicam.

Ex hoc mysterioso Caduceo, ut omnium Planetarum signa fuisse decerpta ad oculũ patet; ita ex eodem literas quoque, & ex literis numeros effluxisse ostendemus.

Phil. Maximè, si hoc feceris, me Tibi reddes devinctum. Sed antequàm literas construamus, *Adami Voces* literis signandas priùs mihi velim aperias.

Theop. Constituendus igitur est *Microcosmus*, in quo rerum omnium radii concentrantur, Protoplastus Parens noster Adam, sicut describitur Gen. 2. v. 19. 20. in medio animalium, qui nomen dedit unicuique suum.

Phil. Prima primi Hominis effata hæc, fuerunt nomina in statu innocentiæ instinctu Ipsius Dei prolata. Sed eheu! ò deplorabile rei literariæ detrimentum! nec ullibi, nec unquam, quod mirari subit, repetita vel notata!

Theop. Quid ejulas? quid miraris? abundè satis superque repetuntur, & notantur.

Phil. Impertire, quæso, huius mysterii principium.

Theop. Considerabis igitur Adamum hoc iu loco

HARMONICUM,

cujus organum excipiebat omnium animalium sonos, ipsosque perfectè reddebat, ita ut quodvis ani-

animal, audito ſono illo, vel voce, moveretur ad comparendum, ſeſeque ſuo Domino ſiſtendum.

Phil. Jam inſimùl & clarum reddis, cur *Mineralibus & Vegetabilibus* tum non æquè nomen dederit, quia voce nimirum deſtituuntur.

Theop. Non malè colligis.

Phil. Quænam autem hæc nomina fuerint non conſtat?

Theop. Iſta, de quibus ſermo eſt, nomina, fuerunt cujuſque animalis ſonus vel vocis tenor, quo Adamus ea iterùm appellauit: ſicut & hodiedum Venatoribus uſu venit, qui vel voce, vel fiſtula feras & volucres ad ſe ſolent allicere.

Phil. Probabile videtur.

Theop. Ex harum vocum imitatione, & conſequente diverſa hujus & illius animalis appellatione, explanabilis Ipſi ſonorum eſt diſtinctio nata, ita ut à Volatilium concentu *Vocales*; à Terreſtrium ſtrepitu conſonantes *Semivocales*; & à mutis Natatilibus *Mutas* etiam mutuaverit.

Phil. De prioribus concedo, piſcium autem Mutas non comprehendo.

Theop. Mutas abſque Vocali proferre nequis. Hinc provida rerum omnium Natura natantes anſeres, ut Capitolii, progreſſu temporis; ſic artium omnium, calamorum beneficio conſervatores, aquis impoſuit, ut ab illis, & ejus generis Alitibus Mutarum ſonum perciperemus.

Phil. Argutos inter ſtrepit anſer olores. Sed tenorem audire, volupe mihi eſſet.

Theop. Cujus linguæ notitiam calles, illa lo-

quentem intelliges, aliter non ita: Sic si harmonicus es, vocis cujuslibet non modò sonum, sed tonum facilè penetrabis. Tritum scis aliàs proverbium: Cæcus non judicat de colore. Quid? quòd Medicinæ eodem modo, & Politices principia ab animalibus accepta fuisse constat?

Phil. Persuasum est, animalium sonos vocem hominis excitasse, ansamque & canendi & loquendi dedisse, ut de puero inter capras, hominum extrà conspectum nutrito ferunt, quòd more capræ, cùm esurit, *Bec*, *Bec*, replicantis, panem ille efflagitarit.

Quomodo autem *Homo* ex animalium rugitu & grunnitu loquelæ elementa composuerit, divinari non possum.

Theop. Observatum exindè est demùm, tenorum gigni diversitates ex diversitate organorum, quibus omnibus & singulis organum humanum, modò sit harmonicum, ex asse respondet, & quis auribus non percipit, tenorum alios esse *simplices*, puros, ideoque *vocaliores*, ut: *a*, *e* *i*, &c. alios *mixtos*; accedente nimirum vel *adspiratione* quadam, quæ aut *lenis*, quando spiritus in os attrahitur, ut: *ah*, *eh*, &c. aut *densa*, quando è gutture emittitur, ut: *ha*, *he*, &c.

Vel *sibilatione* per dentes, ut: s.
Vel *tremulatione* linguæ, ut: r.
Vel *contactione* palati, ut: l.
Vel *compressione* labrorum, ut: m.
Vel *respiratione* per nares ut: n.

Alios autem non nisi adminiculo Vocalium sonantes, ceu sunt illi, quos mutos vocant:

Ca,

Ca, Pa. Ta.

quorum primus formatur in *faucibus:* ſecundus includitur *labris:* tertius tactis *dentibus* exit.

Iidem porrò, ſi pronunciantur ſpiritu leni, audiunt:

Ge, Be, De.

Si verò aſpero, vel denſo:

Chi, Phi, Thi.

Et accedente poſteà ſibilationetenui:

Cſa, pſa, tſa.

& leniori:

gſe, bſe, dſe.

Vel tremulatione:

cra, pra, tra.

& eadem leniori:

gre, bre, dre.

Et ſic de cæteris.

Alius item naſcetur ſonus, ſi his omnibus ſibilatio præmittatur, v. gr.

Sca ſpa, ſta.

leniùs:

ſge, sbe, sde.

ſic: ſcra, ſpra, ſtra.

&: ſgre, sbre, sdre.

& ſic deinceps, de quo fuſiùs ſuo loco.

Phil. Hæc verè *Rudimenta* dici poſſunt, quę Parens noſter in animalibus primùm detexit, voce excepit, & procul dubio in ordinem redegit, atque intelligibilia reddidit, quò Poſteri eò humaniùs humanioribus imbui & informari poſſent. Nunc ſcire aveo, quomodo hęc primitùs notata fuerint omnia?

Theop.

Theop. Adverte igitur mentem & cogita, quòd inventionem ſignorum præcedere debuerit inventio Vocalium ſignandarum, quarum harmonica diſpoſitio Jubali, Muſices inventori accenſenda venit, hunc ergò ſonorum differentias, quas cornu, vel fiſtulam gradatim inflando deprehendit, *punctulis* notaſſe, probabile eſt.

Phil. Hinc adhuc forſitan *Contrapunctum* vocamus Muſicalem Compoſitionem?

Theop. Benè judicas: hæc autem puncta *Septenarium* non excedebant, quia octavus tonus repetitio primi erat, & uniſonus.

Phil. Detur exemplum.

Theop. En Vocis humanæ gradus, aſcendendo & deſcendendo in Octavam; aliàs Φωναὶ τῶν Γερόντων, corruptè

Γρόνθων, id eſt:

primum Tibicinum rudimentum, ſeu modulus, quem primùm docentur, qui tibias inflare diſcunt.



Phil. Verè dici poteſt, Muſicam divinitùs datam eſſe hominibus, & parùm factus harmonicè videtur, qui harmonia non delectatur. Quam autem vocem dabant, vel quomodo vocabantur hæc punctula?

Theop.

Theop. Hoc exindè collige, quòd Nota ima erat *basis*, vel vocum profundissima & gravissima

(o o)

& vocabatur tonus major & masculus.

Secundæ tenor erat

(e)

& vocabatur tonus minor & fœmellus.

Tertiæ Vox erat exilior

(i)

& dicebatur semitonium majus è minori natum.

Quartæ Vocis effatum longè plenius sonabat

(ee vel æ)

Quinta resonabat

(o)

breve & parvum.

Sexta altitonabat

(a)

clarum & acutum.

Septima durè mugiendo modulabatur

(y)


semitonium maximum & ultimum.

Phil. Commodùm in mētē venit versus Virgilij Æneid. l. 6. v. 641.

Obloquitur numeris *septem* discrimina *Vocum*: & quòd Venusina Siren Car. l. 3. Od. 9. cecinit:

Tuque Testudo resonare *septem*
callida *nervis*.

Theop. Septem igitur claves voceſque Muſicas, primæ ſeptem illæ literæ & vocales ſuppeditabant, quæ ſunt:




quod ultimum Pythagoras adjecit.

Hæ poſtmodùm à variis Gentibus variè fuerunt cantatæ, mutatæ & ſcriptæ.


Phil. Quomodo, quæſo, cantatę?

Theop. Fiebant exindè intonationes, diſtinctæ tamen in duas cantus modulationes, vel modos principales, quorum primus erat matutinus, è ſomno homines excitans, ideoque maſculus & bellicoſus, vulgò *Durus* dictus; & ſic intonabatur:




Phil.

Phil. Triumphalem Bacchi cantilenã originem hinc traxiſſe ſuſpicor, quam ovantes poſteà accinere Triumphatoribus ſolebant, hoc ipſo tenore:



O! IO! IO! Triumphe.

Theop. Secundus econtrà erat veſpertinus, ſomnum concilians, fœmininus, & religioſus, vulgò *Mollis* dictus, ejuſque intonatio hæc erat:




Phil. Sine dubio ejus modulationis adhuc veſtigia extabunt?

Theop. Facilè crediderim Sethum, ejuſque

 filios,

filios, qui & DEI filii vocantur, ineffabile Summi DEI Nomen, quod præter summum Sacerdotem cantando effari posteà Judæis cæteris religio erat, sic intonasse:



Phil. Accedit, quòd iste tonus *primas* adhuc in Ecclesia obtinet; neque diffiteor totam exindè fluxisse Psalmodiam. Sed perge, deque vocum harum *mutatione* aliquid edissere.

Theop. Vocalibus temporis successu accrevere adspirationes, & semivocales, plenioris suaviorisque cantûs gratia, ita:

Oh, re, mi, hæ, so, la, ny.

Phil. Oh, hæ, & ny, non ampliùs audiuntur.

Theop. Oh, mutatum fuit in *Do*, vel *VT*.

Hæ, transiit primùm in *Ha*, *Ba*, pòst in *Fa*. *Ny*, abiit in *Si*, apud Gallos; in *Be*, vel *Bi*, apud Germanos; ab Italis verò abjectum planè fuit, conservatum tamen, mutatis cæteris, à Belgis, qui in gratiam traulorum & blæsorum primas præfixerunt iis Alphabeti Consonantes

b, c,

b, *c*, *d*, & quartæ adſpirationem in aliam converterunt gutturalem, ſervando liquidarum tres, *l*, *m*, *n*, ad exprimendas ultimas; ſic enim illas efferunt:

Bo, *ce*, *di*, *ca*, *lo*, *ma*, *ni*.

Phil. Sed, qua Itali ratione penitùs eam reticent, mutilatam habebunt ergò harmoniam?

Theop. An ipſi, vel antè ipſos alii hujus rei auctores extiterint, parùm refert, id autem factum eſſe reor, ut eò evidentius duri molliſque Cantus, qui in variatione τῶ ♮ mi; aliis B. quadratum, vel H. vocitati, in b, fa; (aliàs B. molle) conſiſtit, differentia diſpaleſcat. Sunt enim hæ duæ voces *Extrema*, & quaſi Muſices Poli, quarum aſcenſus & deſcenſus ternatim in hoc apparet ſchemate:

B	mi,
e	mi, la,
a	mi, la, re,
d	la, re, ſol,
g	re, ſol, ut,
c	ſol, ut, fa,
f	ut, fa,
b	fa.

Phil. Muſicis Italis frequens eſt dicere tyronibus: *Mi & Fa, eſt Diabolus in Muſica*. Sed ſunt, qui aſſerunt, voces iſtas deſumptas eſſe ex ſtropha quadam Sapphica, à neſcio quo religioſo

Monacho constructa, quæ ita se habet:

VT queant laxis *RE*sonare fibris,
*MI*ra gestorum *FA*muli tuorum,
*SOL*ve polluti *LA*bii reatum,
Sancte Joannes.

Theop. Quidni, & minùs prolixè ab hoc Versu?

*VT RE*levet *MI*serũ *FA*tũ *SOL*itosque *LA*bores.

Verùm credamus versus hosce, intuitu vocum à Syris, vel Ægyptiis inventarum fœcundi cujusdam ingenii Poetici partus esse.

Phil. Quo argumento à Syris eas deducis?

Th.op. En Clavem ܒ̈ ! hæc est Syrorum *Beth* ܒ cum pũctis *Petochò* ÷ æquivalentibus Hebræorum *Patha*, sonatque *Ba*, & ponitur in loco τ8̃ *βαῦ*, vel Vau, ex eo enim facta est nova illa Æolũ litera,  quam pòst erexerunt in F, & propter figuram, quam cum duplici Gamma communem habet, *Digamma* vocarunt; Latinis autem, in quorum Alphabeto vocalem (e) sequitur, *eF* audit, qua de plura inferiùs.

Phil.

Phil. Claves Musicales Latinæ etiamnum sunt prima idiomatis illius Elementa septem :

a b c d e f g

quibus Voces superiùs decantatæ respondent. Sed de signandis satis; Videamus nunc, quomodo Antiquitas illas signarit.

Theop. Harum Signaturam duplicem fuisse produnt Syri, punctatam nempe & figuratam; hujus inventionem *Tubalcaino*, illius autem *Jubali*, vel divino potiùs *Setho* adscribimus; quippe quæ per *Semum* posteà conservata, & per *Eberum* in familia sua propagata fuit; cùm figurata è contrario sequiores agnoscat Natales.

Phil. Si Mathematicè progrediendum, primæ omninò debentur Puncto.

Theop. Signanda ergò se offerebat ima vox O‒O sub linea; quocirca notabatur lineæ particula, ex cujus medio pendebat punctum, seu lineolæ perpendicularis principium, hac forma:

(T)

Phil. Non longè abit à ത Syrorum, quod quoad Sonum cum (ε) Græcorũm, quoad originalẽ

 autem

autē ductum cum ∩ ,cujus locū occupat,convenire mihi videtur. Verùm Nota hæc hodiè non vocatur ○-○,ſed(a).

Theop. Quoad (a) obſcurum concedo, antiquitùs verò,& antē Diluvium erat ○·○,quod ex eo pateſcit, quòd Syri Kamets Hebræorum longum per vocalem ipſis quartam Sekophò exprimunt: & viciſſim Sekophò in reductione per Kamets longum efferunt.

Phil. Non eſt dubium, quin plurima adeò ſint immutata, ut veritatem hariolari ſit opus.

Theop. Secundæ Vocis (e) ſignum erat punctum duplicatum, ſeu puncta duo

(••)

Tertiæ vocis (i) Nota erat ob ejus exilitatem punctum unum

(•)

Quar-

Quartæ (æ) ſignum erant puncta ſecundæ & tertiæ vocis ſimùl ſumpta , ſed inverſim ſcripta

(∵)

Sic retrogrediendo inveniebant & quintæ vocis (o) characterem, quem ad illius, quocum tenore quaſi conveniebat, differentiam, notabant prætereà duobus ad latus punctulis

(T:)

Sexta Vox (a) ſupremam lineolam occupans ſimplici lineola notabatur


(—)

Septima & ultima (y) denuò tribus, ſed talibus



ſignabatur punctulis.

Octava, quæ primæ & quintæ erat repetitio, eodem & charactere gaudebat, ad majorem autem differentiam apponebantur ipſi alia duo puncta, ut ab una & altera dignoſceretur.



Phil. Verùm ea ita nunc ſcribi deſitum eſt.

Theop. Sit ut ſit, genuinus hic eſt punctorum ordo, qui poſtmodùm non unam, ſed varias à variis Gentibus mutationes paſſus eſt. De quo legatur Cl. Schickardus. Et tantum de Punctis hactenus ſufficiat.

Theop. Figuratam nunc ergò edoce Signaturæ ſpeciem.


Theop.

Theop. Hoc faciam quàm lubentissimè. ω *clausum* signo arietis primus Faber, noster ille Tubalcain notare voluit, h. m.




De hujus characteris figura Celeberrimus D.CAROLVS PATINVS, EQVES.D. MARCI, Doctor Medicus Paris. & in Archi-Lycęo Patavino Primarius Practicæ Extr. Professor, Musarum verò Atticarum Admirator Æstimatorque Unicus, in Commentario in tres inscriptiones Græcas Smyrna nuper allatas pag. 231. accuratè, ut solet, sic inter cætera: *Curiosa*, inquit, *illa est τῶ Ω pictura, antiquissimum denotans avum*.


ε *clausum*, ut ipsius sonus magis elevatur; ita eodem quidem, sed erecto notabatur signo, h. m.




(i) ex iiſdem cornibus diverſimodè tortis ſic conſtruebatur:




(ee),vel (æ) *apertum* iiſdem ,ſed ſibi invicem oppoſitis ſignabatur cornibus h. m.




(O) *apertum* ſimplici Solis ſigno figurabatur:




(a) ex Sole & Luna conſtabat primùm ſic :



poſteà revolutum , variè ſcribi cœpit ad dif-
ferentiam ſigni cœleſtis  ſequenti modo:



nunc ita :



undè

undè abolito primo, usi sunt secundo in majusculo, & tertio in minusculo charactere.

y. Hujus nota erat signum Lunæ:




Phil. In efformandis Literis Auctorem imaginis suæ video secutum fuisse ordinem, at meum etiam ut calculum adjiciam, observo; Vocales secundùm tonos majores, minores & semitonia, in longas, breves & ancipites à Poetis seu Musicis postmodùm esse divisas; v. gr.

ω, longum. ε, breve. ι, anceps.

η, longum. ο, breve. α, υ, ancipites.

Theop. Placet observatio Poetica; accedit & illud, quòd Arabes adhuc literas suas dividant in *Solares & Lunares*: imò ex his Syrorum etiam prodiere Vocales figuratæ, aliquantum licèt corruptæ, ceu sunt;



Cui rei non exiguum addit robur, vivum Vocis oraculum, quo mecum facit Ill.mus & Rev.mus D. TIMOTHEVS CHARNVCH, aliàs AGNELLINUS, Archiepiſcopus Mardinenſis Meſopotamiæ digniſſimus, Linguarum non modò Orientalium,(utpote & Ipſe indè oriundus) ſed & præcipuarum Cœli Europæi, poſt difficilium itinerum emenſiones, raro exemplo, ipſoque uſu unico dicendi Magiſtro, inſigniter peritus.

Sed pergo ad reliquas literas producendas.

Phil. Unus adhuc ſcrupulus me premit, undè nempe ſint nomina, quibus hodiè hæ literæ appellantur?

Theop. Partim majoris differentiæ & diſtinctionis

nis ergò, partim quò faciliùs tyronibus inculcari queant, *adnomina* quædam longo post Cataclysmum tempore ab Ægyptiis inventa, & hucusque à Phœnicibus, Græcis pariter & Hebræis, & ex iis descendentibus, retenta; à plerisque autem Europę populis non accepta fuerunt.

M nāque, dictum fuit μέγα, id est, Magnum, quia ordine primum, ideoque majusculè scriptum, totius erat literaturæ basis & principium, ejusque enunciatio erat longa.


Є ob lenitatem soni ψιλὸν, exile, tenueque dictum.

S propter auriculam, ansam vel uncinulum quem tum temporis habebat, ὦτα dictum fuit; undè ipsi nomen Ἰῶτα, ac si dicas, (i) auritum vel ansatum.

Phil. Eandem ob rationem dicitur diota, διώτη, Vas duas ansas, vel aures habens.

Theop. præcedētis X Ob easdem ansas Ἠῶτα, postèà ad differentiam syncopatè ἦτα dictum fuit.

O respectu Primi μικρὸν, id est, parvum audiebat.



Huic ob figuram taurino capiti similem, conveniens à primis Magistris quęsitum fuit vocabulum, quo & litera gauderet, & quod taurinum pariter, vel consimile caput signaret, idque erat: Ἀλάφη, per Syncopen ἄλφα, i. e. bos, cervus &c.

Persis, docente R. P. Angelo à S. Ioseph, in Gazophylacio Linguæ Persarum, Alif seu Elif est character diei Solis; item signi Zodiaci cœlestis, Tauri &c.



Lenitatis ergò Ψιλὸν adnominatum fuit.

Phil: Extatnè hujus, similisvè scripturæ typus adhuc aliquis?

Theop. Quod sciam, nullus; cum confusione enim linguarum cœperunt & characteres, ipsorumque *ordo*, *numerus*, *ductus*, *nomen*que pro cujusque Gentis arbitrio variari.

Nam Græci, & ex iis Latini lineatim illos plerunque studuerunt exarare hoc modo:

Ω E I H O A V.

ubi insuper notandum , quòd ultimo, nempè τῷ

V pedem substituerunt artifices , seq. m.

Y nomenque ipsi , & potestatem simùl mutarunt ; ob similitudinem enim, quam habet cum *Clavo* , adjunxerunt ipsi Vocabulum αὐλὸς , i. e. tibia ; item , quicquid est angustum ,& in rectitudinem productum : undè κατ' ἀποκοπὴν ; ipsius novum nomen Vau ; cujus tenor sonat ut Digamma superiùs descriptum . De quibus laxiùs suo loco :

Phil. Litera hæc Pythagorica aliàs vocatur .

Theop. Verum est , sed ob rationes , quas nulli non notas esse credimus :

Antequàm verò ad residuas digressionem faciamus ; Lunulæ nostræ signaculum aliquomodò meliùs perlustrare lubet .
Ex illius enim vario aspectu ; quo conspicitur , Auctorem nostrum adspirationis autumo fabricasse notulas , ita ut Luna crescens) *lenis* ;

decrescens autem (*densi* spiritus

facta sit signum : quę posteà conjuncta

X

unà cum cæteris in hanc coaluerunt figuram rectilineam :


H

Sed



Sed ob nimiam ſimilitudinem, quam habet cum Ἦτα, Græci eam citò relegarunt, antiqua adſpirationis ſigna reaſſumendo; à Latinis econtrà civitate fuit donata; Hebræi autem locum ipſi τῷ ψιλῷ aſſignavere, reſervata nihilominùs lenioris adſpirationis poteſtate. De quo fuſiùs infrà.

Phil. Non malè cohęrent: depinge jam & ſemivocalium ductus, ſi placet.

Theop. Prima irritati canis ſonus, ſignatur Ἰῶτα inverſo:



lineatim apud Græcos ita:

 poſteà hoc modo: , & apud Latinos ſic: 

Atque idcircò vocabatur olim Ρῶτα, nunc verò per Apocopen Ρῶ, & ſola inter conſonantes gaudet privilegio vocalium, quòd ſcilicet ab initio poſita notetur ſpiritu, & ſemper quidem (niſi ubi duplex in medio occurrit) aſpero; quippe ſine quo efferri planè nequit.

Phil. De Ρῶτα nunquam audivi, undè quæſo, hanc tuam aſſertionem probas?


Teoph. A Ἰῶτα dicis Ἰωτακίζω, nonne? undè autem eſſet ῥωτακίζω, quod æquè dicitur, niſi à ῥῶτα?

Aliam rationem audi ἰῶτα dicitur propter anſam, quam tamen amiſit: ita hæc litera olim ῥῶτα dicta fuit propter anſam, quam adhuc retinet.

Phil. Sat abundè hac jam de re informatum me eſſe conteſtor; ſed quì fit, quòd ex *Cruce*, Elementorum ſigno nullus hactenùs prodierit character, cùm tamen omnes elementa vocentur?

Theop. Opportunè rogas. Reliquæ literæ omnes ſuam exindè originem agnoſcunt, atque ut evidentiùs hujus rei veritatem cernas, ejuſdem crucis anatomen ob oculos tibi depingam; dividitur enim in partem

anteriorem, mediam, & poſteriorem,



Phil. Miror, quorſum evadat, quia vix credo Tubalcainum unquam hæc talia ſomniaſſe.

Theop. Adeò res rediit, ut ſi quis contradicendi libidine prurit, vel præconceptá opinione laborat, Deum eſſe negaverit. Nos neque malè feriatis, neque planè ſtolidis hæc ſcribimus, ſed ſtudioſis benevolis & veritatem ſitientibus. De cętero cunctos remittimus ad illud: *Probate Spiritus* &c.

Phil. Ignoſce temerariæ meæ linguæ, & ſi haud gravatìm fieri poſſit, perge.

Theop. Semivocalium, aliàs conſonantium liqui-

da-

darum secunda est sonus, quem oves balando edunt, diciturque *Lingualis* suavissima & faciliùs pronunciatur, quàm canina antecedens, figura ejus est Crucis pars anterior, primùm sic depicta :



posteà sic inclinatim:



hodiè verò & quidem in majusculo sic :

Λ

Cui ; quia & ignis figuram repræsentat ; vocabulum magistri quæsiere, cujus initialis, & significatum in eadem conveniant, quare illam vocabant λαμπάδα, & per Syncopen λάμδα,

λαμπὰς, άδος, ἡ, undè λαμπάδιον, funale, facula.

Sequitur *Labialis*, ſonus boum mugitum imitans; hujus character fit duplicando antecedentem h. m,

ΛΛ

qui majuſculè ita coaleſcit :

M

& minuſculè prima linea inferiùs producitur h. m,

(μ)

Primum ejus adnomen erat μῖ, pòſt μῦ, ultimùm μα΄μμη, quò faciliùs à pueris pronunciaretur.

Hunc excipit *Naralis*, apum ſonus, cujus Nota fit ab antecedente, dempta ſolùm ultima diagonali; in majuſculo nimirum hoc modo:

N

in minuſculò autem & primam amittit, ſic:

(ν)

pri-

Primùm adnomen ejus, ſicut præcedentis, erat νῖ, pòſt νῦ, ultimùm νέυν, vel νάυν. De quibus plura inferiùs.

Pergo igitur ad *Dentalem* anguium & ſerpentum ſibilum, cujus ſignum inventor formavit ex antecedenti,

M

mutata ſolùm poſitura in hunc modum:

Σ

ex cujus primo adnomine σῖ fluxit verbum σίζω, & exindè σιγμὸς, undè novum ipſius nomen σῖγμα.

Huic Σ ſi dempſeris horizontalem, remanebit



undè poſtmodùm ς. minuſcula ejus finalis; quæ ſi in ſe ducta fuerit, fiet altera non finalis,

(σ)

ex qua iterùm nova exoritur figura:

(C)

nisi mavis ab aspirationis Luna, quacum hæc litera sæpè commutatur.

Notandum hìc præterea venit, quòd figura hæc

Σ

successu temporis commutata fuit cum antiquo, integro, nondumque mutilato Ἰῶτα :

S

Idque factum esse reor ad differentiam τοῦ (σ) ex eadem matre prognati, eique nomen dedere, non ἐπίσινον, vel *erisme*, sicut ex Sylburgio Gretserus refert, sed ἐπίσστον, ἐπίσιγμα, i. e. canum in venatione incitamentum & instigatio, ejusque sonus, cui respondet, est :

(st)

(st)

Ejus verò character non nisi in minusculo scribitur, sic :

(ϛ)

Phil. Sed quare cum Ἰῶτα ?

Theop. Scis, quòd ex vocalibus duæ abierunt in consonantes, Ἰῶτα nempè & βαῦ, utraque propter sibilationem, quarum una per *dentes*, altera per *labia* spiratur.

Atque de his insuper notabis, quòd sicut earum una (ἐπίσημον) quintum in Alphabeto Græco; sic altera (βαῦ) eundem in Hebraico occupavit locum.

Phil. Sextum, fortè vis dicere, non quintum locum ?

Theop. Quintum utique, antequam

Δ

nimirum interponeretur, De quo paulò inferiùs.

Et hæ tandem sunt liquidæ nostræ semivocales, quarum ultima, nempe(ϛ), ob multiplicem sui usum *singularis* etiam vocitatur.

Phil. Quænam illis succedunt ?

Theop.

Theop. *Mutæ*, & quidem *tenues*, quarum primam *Gallos & Gallinas* Natura edocuit; ſonat enim accedente vocali:

K*ă*, vel **K***ĭ*.

Ad hanc figurandam offerebat ſe Crux, vel Elementorum caudex integer:

+

Quæ (ſicut & λάμδα) inclinatim poſteà ſic ſcribebatur:

X

Et denuò correcta, vel mutata h. m.

K

Pri-

Primum ejus adnomen erat Κῖ ; quò autem tyronum captui faciliùs imprimeretur , ob literę convenientiam *Caballum*



rudi Minerua ad marginem depinxerunt , qui à Κοπιάτης , id eſt, qui laborat , qui operatur , Κοππατίας vocabatur , undè literæ nomen remanſit Κόππα, poſteà Κάππα .

Perſis *Kaf*, cujus pronunciatio *Gallinacea* eſt , ita referente ſuprà dicto R. P. Angelo à S. Ioſeph .

Mutarum ſecunda eſt *anſerulorum pipientium* , ut ita dicam , effatum : ſignum verò ejus eſt idem , quod præcedentis , mutata ſolùm poſitura in hunc modum :



quæ poſteà ſic ducta fuit :

Π :

at-

atque iterùm ab aliis aliter

Γ


fuit exarata. Et quidem, quod ſit mirandum, ad nomen ſuum primęvum, & anſerinum Πῖ, immutatum hucuſque retinuit.

Phil. Quare autem literę omnes vocalem (i) vel (y), aſſumpſere, nec aliam?

Theop. Quoniam *efficiunt* ſemitonium majus, cujus virtus in penultima toni Muſicis ſolùm nota.

Phil. Non immeritò igitur Themiſtocles, cùm Muſicam neſciret, habitus fuit indoctior.


Theop. Tertiæ hujus ordinis mutæ ſonum reſonant *Metalla*, dum pulſata tinniunt; ejùs character ex antecedente factus eſt, abſciſſa nempè diagonali, vel pedum altero:



pòſt ita correctiùs;

T

Et quia *Tabulæ* formam



refert, propter rationes antedictas non τῖ amplius, sed ταύλη, & per Apocopen, ταῦ vocitata est.

Phil. Sine pedis abscissione, literam hanc factam fuisse dixerim ex parte crucis inferiore, nomenque suum à ταῦρος, posteà ϛαυρὸς, accepisse.


Theop. Equidem non repugno, ob eam quam habet probabilitatem, nec à scopo nostro abludit; sed quòd à quibusdam Nationibus, quamvis minusculè

sic (t) scribitur,

ex integro Elementorum signo probabiliùs eam dixerim esse depromptam, & fabrefactam. Sunt præterea quidam Patres, qui ex Ezech. 9. 4. colligunt, literam ταῦ Crucis olim figuram habuisse.

Phil.

Phil. In Alphabeto Illyrico, ſivè Serviano, quod D. Hieronymo attribuunt, T. ſcribitur; vel potiùs h. m. depingitur:



Theop. Evidentiore ergò probatione, undè ſit ejus origo, opus jam non habemus. Pergo igitur ad *Medias*, quæ ordine & numero tenuibus ex aſſe reſpondent, ſonus autem in eo differt, quòd tanquam ſpiritu leni notatæ pronuncientur, v. gr.

ge, be, de,

Signaturam quod attinet; ſcias, primæ figuram deſumptam eſſe à Crucis parte poſteriori; quæ hæc eſt:



undè

undè ita primum ;



quæ adhuc in minuſculo

(γ)

obſervatur : poſteà majuſculè ſic

Γ

ſcribi cœpit ; quæ cùm uncino vel hamo piſcatorio non ſit abſimilis ; ipſam *Γαγγάμην*, & per

Aph-

Aphæresin **Γ** *άμμα* vocitarunt, propter rationes suprà dictas:







Mediarum secunda in ordine, relationem habet ad sui tenuem *πῖ*, ex cujus ductu currenti

ϖ

& aliter erecto **B**

Βῖ ſuam agnoſcit formam, nomen autem mutaverunt artifices ob aures, vel anſas, eamque primùm vocavere Βιῶτα, pòſt Βῆτα, ac ſi dicas Βῖ auritum, vel anſatum.


Hanc excipit Mediarum tertia & ultima, cujus antiquiſſimam figuram eandem, vel parùm differentem à tenui ſua fuiſſe arbitramur; recentiorem enim, quæ hodiedum ſcribitur, Phœnicum inventum eſſe judicamus.

Phil. Sed quo argumento?

Theop. Genealogico, ſi ita loqui fas eſt. Ex ſigno



ſuperiùs demonſtravimus eſſe natum:



& ex hoc,

& ex his,

de quo in Alphabeto

D He.

Hebraico ; ex hoc autem Syri non folùm fuum ח fumpferunt,fed alios exindè ductus progenerarunt ; In Eſtrangela enim curfivè illud ducunt , ita :



andè Phœnicum minufculum

()

ſicuti ex eorundem *finali* , *&* *medio nexili*



Phœnices fabricarunt majufculum



Adnomen illi posteà dederunt Δέλτα, à δέλτος, ου, ἡ, i. e. Tabulæ sivè tabellæ, δέλτος autem est per Aphæresin à δαίδαλτος, ex δαιδάλλω, i. e. affabrè & artifitiosè facio, magna arte elaboro & construo.

Phil. Benè concordat cum sua tenui, quæ etiam à tabula nomen est adepta.

Theop. Ex eodem themate fluunt & Δελλίδες, vel δελίθες, αἱ, Vesparum cellæ, quæ figuram τοῦ (Δ) satis superque exprimunt.



Phil. Tenues & medias comprehendo ternas esse, & relationem ad se invicem habere: suntnè ejusdem coloris & reliquæ?

Theop. Reliquæ mutæ omnes, quæ sequuntur, non sunt, nisi trium tenuium variatio, quibus si addatur spiritus lenis, fiunt *mediæ seu lenes*; sin autem densus seu asper, fiunt *adspiratæ*; si adjicitur σίγμα, quod dupliciter fit, dicuntur *sigmatizantes*; si liquidæ *liquescentes*; si mutæ, *duplices* &c. id quod ex sequenti schemate clariùs elucescit.

Tenues sunt:

K Π T

Mediæ seu lenes.	Adspiratæ.
κ̓, π̓, τ̓,	κ῾, π῾, τ῾,
i. e.	i. e.
γ, β, δ,	χ, φ, θ,

Liquescentes.

γρ,	βρ,	δρ,	κρ,	πρ,	τρ,	χρ,	φρ,	θρ,
γλ,	βλ,	-	κλ,	πλ,	τλ,	χλ,	φλ,	θλ,
γν,	(μν)	δν,	κν,	πν,	-,	χν,	φν,	θν,
-	-	-	κμ,	-	τμ,	-	-	-

Sigmatizantes.

κσ, πσ, τσ,

i. e.

ξ, ψ, ζ,

-	σβ,	-	σκ,	σπ,	στ,	σχ,	σφ,	σθ,
-	σμ,	-	σκλ,	σπλ,	στρ,	-	σφρ,	σθμ,

Duplices.

γδ,	βδ,	-	κτ,	πτ,	-	χθ,	φθ,	-

Phil.


Phil. Eo, quo cœpisti, pede perge,
Theop. Prodeant ergò Adspiratæ:

X, Φ, Θ.

Structuram quod attinet, omnes à spirituum compositione factæ sunt, ita tamen, ut ex aspero & leni:

)(

à tergo cohærentibus, & lineatim posteà ductis:



natum sit X

primùm χῖ, pòst χῆτα, ob ansas nempe dictum;

adnomen, quod *Hebræi* retinuerunt.

Φ ex iisdem ſpiritibus, fronte & pedibus lineam perpendicularem amplectentibus



compoſitum eſt; adnomine priſco φῖ, pòſt φῆτα, quod apud *Ruthenos* adhuc obtinet.

Θ iidem ſpiritus componunt, ea diſtinctione, quòd ſicut in antecedenti latus anterius & poſterius occupant: ita in hoc ſuperiorē & inferiorē locum ſibi vendicant, ducta per medium lineola diametrali; idque peculiare habet, quod adnomen θῆτα inviolatum ſemper hucuſque conſervavit, ob rationes ſuprà & ſæpiùs adductas.

Phil. An necdum finis eſt tam inſignis earum numeri?

Theop. Reſtant ſigmatizantes, quas duplici modo dixi componi, aliæ enim σῖγμα habent pòſt, & aliæ antè ſe: Harum compoſitionem ſuavis pronuntiatio literæ (S) produxit, quippe quę Mutis facilè adhæret, & unitur; cùm enim irrepſiſſet figura ſyncopandi ſyllabas kiſi, piſi, tiſi, in Kſi, pſi, tſi, opus habuere Scriptores novis characteribus: undè earum primam nempè τὸ


Ξ. ξ. formarunt à Σ, omissis (in majusculo præprimis) connexionibus, pro quo etiam sæpiùs usurpatur, neque nomen ξῖ unquam ei mutarunt.

Secunda, quæ Ψ est, originem à Φ agnoscit, apertis solùm alis, vel abscissa medietate superiori, nomenque pristinum τῦ ψῖ, pariter cum præcedenti semper retinuit.

Tertia autem ex Δέλτα adspirata vel ansata ;



dempta diagonali ultima ;



& rectificata ansa vel spiritus signo:

Z

facta est, undè & ipsi nomen Ζῆτα, eandem ob

 ra-

rationem quà Θῆτα, & aliæ hujus terminationis literæ appellatæ sunt.

Phil. Hìc Plato jubet quiescere.

Theop. In Latio te forsan esse credis, ubi hæc litera ultimum occupat locum?

Phil. Non sum in Latio; sed nec in Græcia me esse novi, cùm initium fecerimus ab ipsorum ultimâ; quamvis meo quidem judicio, tota hæc Dissertatio nil præter Græcæ linguæ antiquitatem in se contineat.

Theop. Erras, si hæc elementa Græca nominas, quoniam Græci, (sumpto vocabulo in eo sensu, quo à Latinis est receptum) seu Ἕλληνες, ea à Phœnicibus; hi ab Ægyptiis, at isti à Noachi posteris, qui primævis Patribus illa debent, hausere.

Cæterùm Græci nominis etymologia & ãtiquitas, non nisi in calce hujus tractatuli, quò te remitto, inclarescet.

Phil. Æternus ergò literarum usus cum Plinio dici potest.

Theop. Verum est, in Phœnicia linguam hanc incrementa accepisse, & in Græcia colophonem posteà attigisse. At quoad Elementa, infecta quædam vel potiùs imperfecta reliquit.

Phil. Græca nomino hæc elementa, quòd à Pelasgis ex Græcia, non autem ex Ægypto ad nos pervenerunt; imperfecta verò aliqua quòd reliquisse dicis, id non intelligo.

Theop. Quandoquidem σῖγμα, dum sequitur elementum, in unum characterem cum illo potuit coalescere; quidni & quando id ipsum antecedit, idem hoc facere vel fieri potuit, v. gr.

τκ, σπ, στ.

cùm tamen dúo ultima in minuſculo unico charactere ſcribi potuerint, nempe (ϛ) de quo & ſuprà diximus, quando ſenarium; &  pro (ϖ) quando nonagenarium numerum ſignificat. Inſuper accreſcit idem σῖγμα, etiam adſpiratis hoc modo:

χῖ, σφῖ, θῖ,

quarum compoſitio in minuſculo ſatis eſt evidens.

Conjunctionibus autem hiſce, quæ à σῖγμα formantur, etiam adnumerare lubet eas, quas tenues cum ultima tenuium; Mediæ etiam & adſpiratæ cum ipſarum ultima efficiunt:

κτῖ, πτῖ, γδῖ, βδῖ, χθῖ, φθῖ.

Liqueſcentes prætereà idioma hoc agnoſcit, quæ ex muta cum liquida conflantur, quarum numerum & ordinem videſis in antecedente ſchemate. De literis Vau & Jota, quando conſonantes fiunt, Æolumque *Digamma*, prętér ea, quæ ſuprà diximus, ſciendum: Jota & Vau originem tenoris ſui debere intonationibus, præſertim ſecundæ ſuprà cantatæ, ideoque orta confuſione literarum, poſt (ε) locum ipſis aſſignavere Magiſtri, quorum auctoritas verò, cùm ab omnibus jam diviſis Natio-

tionibus non æquè reciperetur, indè factum, quòd Hebræi ſoli, eorumque ſequaces Vau illibatum firmumque conſervaverint; & Græci in locum τῦ ἰῶτα, ἐπίσιγμα vel ἐπίσισον ſubſtituerint, cui Æoles posteà



Digamma ſuum præfixerunt, quos ſecuti Latini F & G (Digamma & ipſum Gamma) in eundem locum introduxerunt, ablegatis V. & I. ad ipſorum fontem, nempe I. & V. ſub quorum nomine univoco in Scholis hodienum docentur.

Phil. Ex omnibus, quæ hactenùs dixiſti, obſervavi, verum originalium literarum, ſeu characterum ſimplicium ordinem fuiſſe talem:

ω ε ι η ο α υ (ω)

ↃC

ρ	λ	μ	ν	σ
	κ	π	τ	
	γ	β	δ	
	χ	φ	ϑ	
	ξ	ψ	ζ	

ſupereſt, ut etiam prodas accentuum originem, ſi quidem placet.

Theop. Ex etymologia vocis audis, accentus vocabulum eſſe compoſitum ex *ad*, & *cantus*; à can-

tus igitur aſcenſione ad vocem acutam, dux erat *acutus*:

(/)

ſicut ad deſcenſum inclinabat *gravis*:

(\ )

Circumflexus autem, ex duabus adſpirationibus compoſitus, aliqualis modulationis ſpeciem inferebat, ejuſque nota hæc erat:

(~)

Phil. Sed qui fit, quòd non ab *omnibus*, *ſemper & ubique* ordo hic literarum fuerit conſervatus?

Theop. Babylonicæ Turris ædificatio hujus ordinis fuit deſtructio, ubi Deus ad deſtruenda opera manuum iniquitatem operantium, ſermonis, qui unius labii ibi tum erat, *unionem confudit*, undè non linguarum modò, ſed characterum etiã

nata eſt diverſitas & corruptio, quæ penè ſecunda humani generis labes appellari poteſt.

Phil. Quomodo ſecunda?

Theop. Etenim Linguarum *Vnio* Spiritui Sancto non minùs cordi fuit; quàm Salvatori totius humani generis à primæva labe redemptio. Sed cùm hæc alius, altiorisque ſint indaginis, Theologis ea relinquendo redeamus ad penſum, ubi mutationes, quas ſermo & characterum ordo perpeſſus eſt, ſunt enodandæ.

Phil. Sermonem quod concernit, in aliud, quæſo, tempus id differamus; characterum hic ordinem, ſi lubet, oſtende.

Theop. Ultimum Alphabeti Syſtema, quod ad totius idiomatis interitum uſque prævaluit, fuit illud, in quod Homerus carmina ſua diviſit.

Phil. Igitur & Hebraicum à Davidis tempore, qui Pſalmorum quorundam verſus ſecundùm illius Alphabeti literas diſpoſuit, non fuit ampliùs mutatum.

Theop. Ex his inferre licet, utraſque linguas antè illa tempora mutationes quaſdam ſubiiſſe, cùm ab originali diſpoſitione & inventione tantum declinarint.

Phil. Quo fundamento id aſſeris?

Theop. Id Numerorum *ordo* edocet: hic enim eſt neceſſarius, Literarum verò arbitrarius. Iam verò compertum eſt, priſcos *Digitis*, *articulis*, *manibus*, & *Capitibus* ratiocinatos eſſe, perque Decades, digitorum nempe numerum, circulares ſuos & rotundos primùm feciſſe computos, uſquedum faſtidioſa longitudo & mora in brevitatis

com-

compendium redigeretur, mediantibus literis initialibus eorum vocabulorum, quæ summam aliquam in se continebant, v. gr. ad significandum *Unum*, monstrabant digitum Unum I
ad duo, digitos duos II
ad tria, tres III
ad quatuor, quatuor IIII
ad quinque explicabant digitos omnes, vel manum integram, addita voce: πάντα, undè & πέντε, quod quia incipit à π, factum est, ut literæ hujus figura significarit ipsis quinque, atque ita scribebatur:

Π

Phil. Non me contineo, quin discursus gravitatem interrumpam, cùm in mentem veniat ludi genus, olim Græcis, nunc Italis frequens & familiare, dum digitis sortiuntur & certant, id quod Latinis erat *digitis micare*, ubi sæpiùs evenire solet, ut quando apertam manum porrigunt, *tutti*, id est, omnes, inclamitent.

Theop. Ad rhombum; *bis quinque* id est decem, notabantur initiali vocis Δέκα, hoc modo:

Δ

De-

Decies decem, id eſt, Centum, Græcè Ἑκατὸν, notabantur recentiori tum temporis aſpirationis nota, quippe quæ tum frons erat vocis Hεκατὸν, & ſic hucuſque permanſit:

H

cùm parùm duraverit apud Græcos illa ſcribendi ratio, de qua ſuprà diſſeruimus.

Phil. Sunt qui deducere volunt ab Ἥκατον, quod Jonicè centum ſignificare putant.

Theop. At hi, ex Kircheri ſententia audiendi non ſunt, quia ad Ἥτα quid opus eſt recurrere? cùm exempla non deſint, ubi H. adſpirationis vice literis & vocabulis fuerit præfixum, de quibus Golzii antiquitates legendæ. Sed progrediamur ad reliqua.

Decies Centum, i. e, Mille, Græcè Χίλια, meritò ſignabantur

X.

Et *Decies Millia* dicta Μύρια ſua pariter initiali

M.

Phil.

Phil. Et Latini, undè suos habuere numeros?

Theop. Quos ad Græcorum imitationem ex proprio idiomate non sumpserunt, ut:

C. à Centum.

M. à Mille.

illos ipsis debent Græcis, ut: I. quod digitum unum, vel unitatem notat.

X quod Græcis Mille, Latinis Decem denotat.

Phil. In Latio numerus denarius Argolicum x.

Theop. D. convenit cum Δ. prout olim Romæ etiam scribebatur: significatione autem, ut antecedens immane quantum discrepant, quippe

Δ: Decem.

D. Quingenta dicit.

Phil. Sunt, qui Characteres

M. & D.

etiam sic CIƆ. IƆ. depingunt.

Theop.

Theop. Non sunt, nisi lusus calami scitè scribentis. Sic CC in hunc ducunt modum (∽). Sed paulò inferiùs plura, ubi de C. sermo erit, invenies.

Phil. Discrepantiam suprà dictam majoris esse momenti judico.

Theop. Majoris dicas potiùs confusionis, quia ut alia quàm plurima, ex Scriptorum inscitia vel incuria provenerunt. Nam Latini priùs, iisdem cum Græcis usi sunt characteribus, ceu sunt:

Ι Π Δ Η Χ Μ.

quorum primus solus immutatus permansit.

Phil. Unum, sivè unitatis numerus omnium simplicissimus neque dividit, neque multiplicat.

Theop. Ultimus autem, qui est **M**. decuplo diminutus est, salvo tamen charactere, qui vice τȣ Χ, usurpari cœpit. Character Χ, posteà cum Δ commutatus fuit, ita ut Χ cedát in locum & significatum τȣ Δ, i. e. decem; Δ verò vel D, in locum τȣ Χ, qui erat proximus ab M, i. e, Mille.

Significatum autem illius loci vel numeri, medii nempe inter Centùm & Mille, erat quingenta: hinc unius diminutio alterius fuit augmentum.

Phil.

Phil. Perverſorum Computiſtarum, vel nummulariorum eſt:

X pro V

vel contrà, ſcribere. Sed pergamus.

Theop. Character C. vel eſt initialis vocis Centum; vel eſt ſpiritus aſper vocis ἑκατὸν (pro qua Græci, H. ſcribebant) utrumque enim denotat, nec loco ſuo ceſſit. Et ſicut ex ſpiritu *aſpero*,

C

ita ex *leni*, quem *Apoſtrophum* Priſcianus vocat inverſum

Ɔ

formarunt, quibus in deſcribendis & multiplicandis numeris variè uſi ſunt.

Supereſt Π Græcum, Quinarii nota, & à Græcis multifariam uſitata; ſi enim imponebatur Δεκάδι, ut hìc:

|Δ|

ſignificabat quinquaginta.

Si ἑκατοντάσι;

H

quingenta. &c.

Sed quia Latinis propter ſimilitudinem, quam cum *furca* habet, erat inviſa, ideò loco ejus alios duos characteres ſubſtituerunt (tertii vicem D. jam gerente) qui erant V. & L.

Phil. V. Quinta Latinorum eſt vocalis, L. verò pro N. i. e. Quinquaginta apud Græcos ſæpè ſumitur.

Theop. Nec unum placet, neque alterum.

Nam V

non hìc ut vocalis, quarum nulla apud Latinos numerativa in hoc genere, niſi per accidens. Sed rectiùs, ut olim quinta apud Hebræos, nunc ſexta, litera numerativa Vau conſideratur, cujus locum F. poſteà occupavit apud Latinos, ut ex antecedentibus videre eſt. Ubi ſimul dictum fuit apud Græcos (ϛ) ἐπίσημον ſubintraſſe in vicem τοῦ Ἰῶτα Ϛ, ex cujus charactere poſtmodùm duxerunt τὸ ˥, quod propiùs ad Hebræorum Lamed ל, accedit: Undè, quemadmodum ex hoc Latini ſuum L. formarunt, quæ Litera ipſis un-

undecima : Ita ex illo Græcorum charactere, qui, cùm ἐψιλὸν sequitur, *quinque* ; & cùm πῖ sequitur, *nonaginta* denotat, suam quinquagenarii numeri notam L. fecerunt.

Phil. Nihil ergò novitatis habent Latinorum numerorum characteres ?

Theop. Nihil prorsus, præterquàm quòd sunt mutati magis & confusi, ut in hoc Schemate apparet:

Græcorum sunt:

Ι Π Δ [Δ] Η [Η] Χ [Χ] Μ

Latinorum verò:

I V X L C D M

Phil. Hæc de Majusculis numerorum notis rectè percepi ; jam de minusculis, cujus sint originis, à te velim edoceri.

Theop. Ejusdem planè cum antecedentibus, & ejusdem fermè dixerim, confusionis : Verùm ut ad rei veritatem perveniamus, investigandi primùm sunt auctores, qui fuerunt, teste Josepho, Chami in Ægypto progenies & posteri. Hi mutato literarum ordine antediluviano, aliud ex alio Systema pro arbitrio introduxerunt unde natum, ut elementorum primum ᗰ, à quibusdam an-

annullatum, & ab aliis in ultimum locum fuerit rejectum, substituto ipsi modò o, modò α, quod hucusque permansit: Verùm apud Hebræos qui punctis utebantur, nullius soni, sicut id inter numeros nullius tum temporis valoris.

Phil. A non esse igitur processerunt ad esse?

Theop. Cumque unius ingenium hàc, alterius illàc ageretur, & confusionis spiritu duceretur, ita factum, ut diversę Literarum inventiones, dispositiones, earundemque mutationes in lucem prodierint, quarum ultimò recepta (numerorum materia) hæc fuit:

α	β	γ	δ	ε	ϛ	ζ	η	ϑ
ι	κ	λ	μ	ν	ξ	ο	π	ϟ
ρ	σ	τ	υ	φ	χ	ψ	ω	3

Phil. Pro ultimo 3, alii πῖ habent.

Theop. Horum Characterum, vel Literarum valor numericus erat hic:

1,	2,	3,	4,	5,	6,	7,	8,	9,
10,	20,	30,	40,	50,	60,	70,	80,	90,
100,	200,	300,	400,	500,	600,	700,	800,	900

Phil. Jam de simplicibus istis numerorum notis ceu sunt:

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9.

propriè quæstio est, undè ductus eorum originem trahat?

Theop.

Theop. Ab Ægyptiorum, ut dixi, aut si mavis, à jam dictis Græcorum literis vel numeris; cùm enim Auctores, quorum nomen ignotum, priores duas literas, nempe

ω & α

annullaverint, appellando illas ὠὰ ζεφύρια, (pòst ab Arabibus corruptè dicta Zyphra, & ab Italis corruptissimè Zero) id est: *Ova*, (propter similitudinem) *irrita & vento plena*, substituerunt ex secundo novenario duas primas, nempe I, & K, relicto tamen ὀμικρῷ, tanquam nullitatis specie, & sic habes primas numerorum figuras,

o, 1, 2,

quarum prima per se *nihil*; reliquarum prima *Unum*, secunda verò *Duo*, significant.

Phil. Potest & Religionis causa fuisse factitatum, quia Deus quibusdam Populis

ωα & αω

vocatus est. Verùm enimverò ab illis O, fuisse substitutum, clariùs propones.

Theop. Ο'μικρὸν antequam adnomen μικρὸν haberet, O simpliciter audiebat apud Græcos; Hebræi autem cum Ain illud commutarunt, quod ordo literarum declarat.

Dicunt enim Græci:

μῦ, νῦ, ξῖ, ὀμικρὸν, πῖ,

Hebræi verò: Mem; Nun; Samech; Ain; Pe. Secundò, O, Latinorum veterum ex Lilii Giraldi recensione, notat undecim; Undecim autem in Septentrionalibus Linguis ferè omnibus, ἀλάφη, aleph, elif, eilfe; elf; & elve dicitur. Nec leve argumentum erit hoc, tertium: O; sequuntur in plerisque Alphabetis mutæ tenues:

p q t

quæ natura sunt primæ;
A, verò sequuntur mediæ

β γ δ

quæ natura sunt secundæ.

Phil. Ad depingenda ὠὰ ζεφύρια aptior figura; quàm

O

dari non poterat. Sed sequentes numeri undè?

Theop. β, nec correctum fuit, neque locum mutavit, ex ipso proindè 3, resultarunt, & notan-

tandum, quòd ab hoc numero Ægyptii, docente Kirchero, inceperint numerum *Septenarium*, quem ſeptem Diis ſuis conſecrarunt, videlicet:

3	4	5	6	7	8	9
♄	♃	♂	☼	♀	☿	☽

(γ)tũm tẽporis aliũ occupavit locũ,ut in Latino quoque Alphabeto videre eſt,nondum invento ϑ, quod ſuprà declaravimus; ideoque ε, quartæ figuræ numerativæ notam dedit, quæ à multis etiamnũ hoc modo Ɛ, à pluribus verò lineatim ſic 4.ſcribitur.

ϛ, Omninò adhuc reſpondet numero quinto; qui ſic exaratur: 5.
quamvis hæ duæ (ε & ϛ) propter inſertionem τῦ γ & ϑ, poſteà abierint in numeros 5 & 6.

σ, σῖγμα tum temporis ſequebatur ſuum δίσιγμα; ſicut apud Latinos adhuc Gamma ſuum ſequitur Digamma: Ejus ergò character (σ) hic ſextum numerum exprimit;
En! 3 ε 5 6

reliquæ literarum notæ, nempe
ζ η ϑ

extrà omnem controverſiam dant

7 8 9
E 4 quæ

quæ nunquam mutata, imò ut ordine; ita valore eodem ſemper, etſi non omnibus nota, conſervata fuerunt.

Phil. Ut verùm fatear, à variis variè vis illata fuit hiſce literis; ubi enim, , ut vel hodienum in Scholis evenire ſolet, talem quis præſcripſerit ordinem:

β . . ε ϛ σ ζ η ϑ ι

mox alius alium:

β γ δ ε . . ζ η ϑ ι

alium Hebræus:

י ט ח ז · ו ה ד ג ב

alium Latinus:

b c d e f g . h . i.

Ad ſummam, alios alii, quos omnes longum foret recenſere.

Theop. Trahit ſua quemqe voluptas. Nec mirum in hoc literarum genere exortas hinc indè fuiſ-


fuiſſe deſcriptiones novas, cùm nullum ferè ætate illa commercium inter regiones, longiùs ab invicem remotas, ut nunc eſt, interceſſetit.

Phil. At ubinam Gentium iſti numeri, quos Zyphras vocant, latuere, quòd non niſi antè quadringentos circiter annos Orbi Literario fuerint reſtituti?

Theop. De his varia datur opinio.

In Græcia primus omnium detexit illos Europæis Maximus Planudes Monachus. In Hiſpania Rex Alphonſus Sapiens, immenſis & verè regiis ſumptibus ab Arabibus, (qui ab Indis illos habuere juxtà Cl. Hornium Hiſtor. p. 346.) & Mauris ad ſe adferri eos curavit. Qua de re legeſis Arithmologiam incomparabilis Kircheri.

Et ſingulari obſervatione dignum judico, quod Cl. V. Jobus Ludolfus in ſua Grammat. Æthiop. p. 3. docet: Æthiopes, inquit, pro numeris utuntur certis quibuſdam figuris ex Græcorum Literis formatis, veluti:



Α Β Γ Δ Ε S Ζ Η Θ

1 2 3 4 5 6 7 8 9

Et

Et cap. 4. de Nom. Numeralibus : easdem notas numerales repetit ; adjuncta quadam animadversione :

	Unus ,	*Vel secundùm for-*	1
	Duo ,	*mam antiquam , uti*	2
	Tres ,	*vocabat Æthiops*	3
	Quatuor ,	*meus.*	4 &c.

Phil. In Ægyptiorum , quin & Græcorum , ut video , numeris literisque , jam satis me instructum esse confido , multisque ob id nominibus Tibi teneor obstrictus ; ulteriùs progredi jam si lubet , sequar .

Theop. Adeundæ nobis adhuc supersunt *Hebræorum* Scholæ & *Latinorum* , cùm literæ ab illis , Orientis ; ab his Occidentis , fuerint propagatæ . Verùm si recto non omnia tramite procedant , sanè tempus hominumque dominandi , & innovandi libidinem quælibet , & plerunque in pejus commutasse cogitabis .

Phil. πάντα δ' ἔναλλα γένοιντο, καὶ ἁ πίτυς ὄκνας ἐνείκαι.
Omnia commutentur ergò , & pinus poma ferat.

Theop.

Theop. Agedum constituas Te, ut mos erat antiquis, meridiem versùs, ita ut sinistra tua in orientem, dextra in occidentem vergat: si stylum illinc moveris, *Orientales*: si verò isthinc, *Occidentales* exarabis characteres;

Phil. Græcinè igitur, an eorum Antecessores olim quoquoversum scribebant?

Theop. Ita de Ægyptiis scribit Joannes Boemus, lib. 1. de omnium Gentium moribus &c. cùm „inquit: Ægyptii promittebant capillum & barbam „tondebant; panem pedibus, lutum manibus su„bigebant. Horum fuit, (ut Græci persuasum „habuere) & qui ab illis oriundi sunt, virilia „circumcidere. A dextra in sinistram Literas dige„runt. Idque de Græcis persuadent numismata à „quàm plurimis dilucidata; Atque huc facit, quod in Etymologico suo notat Vossius ad vocabulum

TÆPOCON.

Cujus verba hæc sunt. Tæpocon, ut Festus ait, soliti sunt appellare Græci genus scribendi deorsum versùs, ut nunc dextrorsum scribimus. Ubi sic Scaliger: Oedipode opus est; Atqui nullo ei opus Oedipo, qui sciat Syros nec dextrorsum scripsisse; ut Hebræos; & Arabes, nec sinistrorsum, ut Latinos & Græcos: sed deorsum, quemadmodum Masius tradit in Grammatica Syriaca. Interim videsis annon vera sit conjectura doctissima Martinii;, qui pro *deorsum* legebat retrorsum, ut Hebræorum; Chaldæorumque & plerarumque Orientis Gentium scriptura notetur. Quod si ita est, sanè idem *Tæpocon*

de-

derivat à תחפון , id eſt , *invertes*. Hæc ille.

Mihi verò Taːpocon per figuras Grammaticis non inſuetas eſſe videtur à Καταβαδὴν, *tanquam deſcendendo*.

Et hunc ſcribendi modum præ cæteris adhuc obſervant Syri, & Sinenſes. Sicut è contrario ab *imo ad ſummum* ſcribunt Americani, referente Cl. Hornio in Hiſtoria. p. m. 482.


Phil. En me promptum & paratum, Tua, ſi ordinem ſervaveris, tanquam Apollinis veſtigia ſectandi.


Theop. Hoc de ſe Plato in Phædro ſuo profitetur. Sed ad rem: *Esdras*, qui Hebraicæ Scripturæ Auctor celebratur, nihil prius & antiquius habuit, quàm ut puncta conſervaret, de quibus ſuprà. Alphabeti diſpoſitionem quod attinet, non eſt illa antiqua antediluviana, vel Ægyptiaca, quæ Moſis tempore floruit; Verùm Babylonica & recentior, id quod apparet ex abjectione τοῦ  ; extirpatione τοῦ O, in cujus locum ſubſtituerunt Y (quaſi Latinè ductum *Y*) cum adnomine antiquo ſimplici A, vel Ai, cui ſuavioris tinnitus gratia adiunxere *n*, ut ſonet: Ain, ſicut & in Sin, Schin & Zain factitatum eſt. Quid? quòd eadem litera apud Hebræos nullo prorſus claret ſono, imò eſt denſiſſima ipſorum adſpiratio.

Cæterum primas tenet;

א, Aleph,

quam literæ σκελετὸν appellare possis, quòd à qualibet vocali animetur, neque aliud sit, quàm suavis adspiratio, auribus nihil exhibens, præter eam, qua movetur, vocalem.

Constructionem, adnominationemque quod attinet, utraque Græca est: Nam ductus τοῦ א, imitatur , exprimendo solùm lineaturam duplicatam  omissa simpliciori, idque in forma magis quadrata & gyrata; Adnomen *Aleph* bovem notat, derivaturque per Apocopen ab ἀλάφη, i. e. Bos, cervus, de quo suprà.

Sequitur ה, *He*, quæ non E, cujus locum occupat, sed ipsius potiùs adspirationem simplicem exprimit: Adnomen quidem *e*, adspiratim & simplicissimè intendit; ductus ipsius autem sumptus esse videtur vel à Græca adspiratione, vocalibus anteponi solita, H, (in Ηεκατὸν, de qua suprà) vel ab antiquo , undè Ἧτα originem agnoscit, cujus medietas hìc solùm apparet.

Sequens ו, *Vau* ductum accepit à duplicata

scri-

scriptura τȣ̃ Y relicta subtiliori,

Vocalium minima est י *Iod*, per Apocopen à Ιῶτα. Ductus ejus enimverò est ab antiquissimo Ϛ.

Et hæc de characteribus, vocalium locos occupantibus, eorumque origine dicta sufficiant.

Liquidarum prima ר *Resch*, ductum agnoscit à ק. De quo supra.

Adnomen autem ejus est à ῥῶτα, pòst ῥῆτα dictum, quod deindè corruptiùs abiit in Resch.

Secunda, nempe ל *Lamed* est à ⊣, transposita linea superiore. Adnomen ejus est à λαμπάδα, per Apocopen.

Mem est à μάμμη, per eandem figuram; sicut מ est à M, dempta hujus prima, quæ illius esset ultima, & subducta horizontali, quod sæpè fieri assolet, v. g. in minusculo Græcorum



Nun, est à νάννη, vel νέννος; נ autem ab antecedenti, dempta ultima (N fit à M.) & subducta horizontali, vel reflexa cauda, quod peculiare est huic idiomati; in finalibus enim id non observatur, sed longiùs propendet, ut etiam videre est in *Caph*, *Pe* & *Tsade*.

Samech, est à Σῖγμα, vel σιγμὸς, (sicut à λοχμὸς, Lamech).

ס autem est à σ, omissa productione.

Jam

Jam ad Tenues .

Coph eſt à Koppa , & ק à K , omiſſa diagonali ultima : Sic *Caph* eſt à Κάππα , hujus nota כ , autem à præcedenti , omiſſa perpendiculari ; vel ſi mavis ab altero adſpirationis ſigno כּ .

Pe eſt à πῖ , ſicut *Phe* à φῖ , character ף autem eſt à Γ inverſo , cujus cauda , ſi non eſt finalis , reflectitur , hoc modo : פ .

Tau eſt à Ταῦ ; & ת à Π , quæ ſuperiùs explicata invenies , hoc ſolum eſt differentiæ , quòd *Tau* Hebræorum ſumitur *adſpiratè* , Græcorum verò *tenuiter* ; ſicut è contrario *Theta* Græcorum eſt *adſpiratum* , Hebræorum verò *tenue* .

Mediis reſpondent ;

Gimel , à γάμμη per diminutionem ; ג à ⊣ vel ab indè derivato γ inverſo .

Beth eſt à βῆτα , & ב eſt medietas inferior vel dimidium τῦ Β , eadem ratione , qua ה ab H.

Daleth eſt à Δέλτα, per Metatheſin . ד autem à ת, omiſſo pedum altero .

Adſpiratas habent;

Cheth à χῆτα , de quo ſuprà .

ח autem ejuſdem cum *He* eſt originis , ſicut Coppa & Cappa ; & ſequens *Phe* , cum ſuo *Pe* . De quo jam diximus .


Theth est à Θῆτα per Apocopen]ῦ α, & κατὰ μετάθεσιν τῦ ϑ cum τ. Figura ט autem est à minusculo ϑ, sicut מ à μ.

De Sigmatizantibus.

ξῖ & ψῖ Hebræi destituuntur, vices ergò eorum explentur *à Zain, Sin & Schin.*

Zain est à Za (sicut ab *A* est *Ain*) quod iterùm est à Tsade κατ᾽ ἀποκοπὴν, quocum concurrit quidem, sed leniùs pronunciatur: ductus autem τῦ ζ est à minusculo Græcorum ξ.
Sicut sequentis:

ש est à Ψ, quamvis Sin & Schin nil nisi S. simplex vel adspiratione mixtum denotent.

Tsade est ipsissimum Ζῆτα, per Μετάθεσιν duplicem; videlicet commutando T. cum D. & E. cum A. Et sicut Germani, aliique Septentrionis populi elegantiæ ergò literæ Z, lineolam solent injicere h.m.  ita& antiquos illius ævi Scriptores factitasse, clarè demonstrat figura & ductus hujus literæ צ, vel  . Cujus cauda in fine dictionis protenditur; in medio autem & initio reflectitur, ut quadrata magis eveniat.

Cæ-

Cæterùm generatim loquendo character Hebraicus parùm differebat ab antiquo Ægyptiaco vel Phœnicio, quem eundem cum Græco fuisse perhibemus: imò Phœnicum Linguam eandem fuisse ac Hebræorum, ex diversis Auctoribus probatur. Nec majorem æstimamus eorum characterum differentiam, quàm Latinorum cum Gothico, vel antiquo Saxonico scribendi modo.

Tantum est, quod de origine Literarum Hebraicarum dicere placuit: miror, quod nunquam de tuo quid addideris.

Phil. Obstupui! sed vereor, ut isthæc derivatio Hebraicarum Literarum applausum eruditorum sit habitura.

Theop. Verè Poeta Venusinus:

Non omnes eadem mirantur amantque.

Profer igitur si quid habes dubii.

Phil. Lingua hæc *Sancta est*, qua Deus ipse locutus perhibetur per Patriarchas & Prophetas.

Theop. Proditum hoc est historia, verùm idiomate multùm diverso ab illo, quod ab *omnibus pariter* intelligatur, id quod principalis Spiritus Sancti character est. Ac nisi affectatim loqui sit animus, nonne & *Syriaco* est usus? neque illo tamen idiomate S. Scriptura vulgatur; Verùm *Græco* potiùs aut *Latino*, quæ Sanctæ pariter vocari possint, ob eandem quam affers rationem.

Phil. Quid? annon Lingua Hebraica à Babylonica confusione libera permansit?

Theop. Hoc non concedimus, ob evidentem mutationem & interitum, quem cum cæteris

quoque Linguis habet communem.

Phil. At Hebraica in Doctrina excellit *Cabalistica*.

Theop. In Linguis omnibus, absit verò de damnata loqui, eadem potest institui.

Phil. Edissere quæso, si suppetunt, quædam specimina.

Theop. Et in *Linguis*, & in *numeris* dabo id effectum:

Ætate Ciceronis notum est fuisse Romæ Virum spectabilem, cui nomen:

MACER JURISCONSULTUS.

Accede patriam meam, & invenies ibi Virum non minùs spectabilem, qui corpore macer, & studiorum amplitudine Jurisconsulti titulum meretur, cui nomen *ἀναγραμματικὸν*:

VOLCMARUS KIRSTENIUS.

Amicorum meorum is ex paucis primus est, quem honoris & amoris causa hìc nominare volui.

Majoris momenti præbuit exemplum explicatio Prophetiæ, quam S. Malachias Archiepiscopus Armacanus conscripsit de Pontificibus Romanis, ubi ad præsentis Pontificatus Caput auguratur, quòd nomen ei futurum sit:

Bellua insatiabilis.

At-

Attributo ſoli lupo inter feras convenienti, ad quod inveniendum evolvi nomen Gentilitium:

ODESCALCVS,

quibus literis perfectè reſpondet:

Λ Υ Κ Ο Σ Δ Α Κ Η Σ.

i. e. Lupus mordens.

De quo alibi cum laude Sanctiſſimi Patris; cui univerſus Chriſtianus orbis jure meritoque Neſtoreos apprecatur annos, cujúſque meritum de liberanda à præſenti Infidelium inſultu Chriſtianitate, ſolus Deus poteſt compenſare.

Aliud occurrit Cabalæ exemplum; cujus auctorem Theophraſtum Paracelſum Chymicorum autumat Senatus. Ex trium Idiomatum principalium initialibus Literis,

a α א

fac unum - A - Huic adjunge cujuſque tres finales:

Z Ω ח

& habebis A Z O T. De cujus explicatione, & arcano ſenſu Chymicorum conſulenda eſt ſagacitas.

Phil. In mentem veniunt verba Pilati :

Quid est Veritas?

Quæ sagacissimum ingenium ἀναγραμματικῶς sic reddidit :

Est Vir, qui adest,

nempè CHRISTVS, Via, *Veritas*, & Vita.

Theop. Novum en! vaticinium de Ottomannici Imperii declinatione, quod Doctissimus & Reverendissimus D. Paulus Abrianus SS. Theologiæ Doctor, Anno Salutis 1670, insueto percitus œstro protulit, idque Amplissimo Senatori cuidam Veneto communicatum suppressit; at nunc à triennio circiter festivos inter Christiani Orbis plausus in lucem edidit. En Monostichon, cujus literæ numerales indicant Annum 1683.

ThraX tVa DefICIet præfIXo teMpore LVna.

In Numeris Arithmeticis experimentum jam faciemus, quomodo

Nulla & *Omnia* in *Uno*

ejusdem fiant operationis, nimirum ita:

Pri-

Primò : Hæc Zyphra o , quæ etiam vocatur *Nulla*, nullius in ſe eſt valoris, addita autem cuivis numero, decies illum auget.

Secundò : Numerus 9 , ultimus eſt & omnes antecedentes in ſe continet, quem hic vocabimus *Omnia*.

Jam procede ad operationem : Numero 10, deme 0, & remanebit *unum* , vel ſubduc ei 9, pariter remanebit *unum* , vel adde i-o , iterùm erit *unum*.

Ita ſi numero 11. dempſeris *Nullam* , id eſt , ſi ex articulari digitalem feceris , erunt 2, idem eveniet , ſi ſubtraxeris 9, vel ſi *unum* alteri addideris. *Unum* quippe junctum *uni* efficit *Duo*.

Et ſic de cæteris omnibus.

Atque hoc modo *Tabulam* accommoda , quam vocant , *Pythagoricam* :

	0	0	0	0	0	0	0	0	
0	1	2	3	4	5	6	7	8	9
0	2	4	6	8	1	3	5	7	9
0	3	6	9	3	6	9	3	6	9
0	4	8	3	7	2	6	1	5	9
0	5	1	6	2	7	3	8	4	9
0	6	3	9	6	3	9	6	3	9
0	7	5	3	1	8	6	4	2	9
0	8	7	6	5	4	3	2	1	9
	9	9	9	9	9	9	9	9	

Vides hìc , quòd articularibus numeris omnibus in ſuos digitales reductis , incipiendo à (0) terminabis in (9) & vice verſa.

 Et

Et abjectis utrinque & (o) & (9) si cæteros computaveris, erunt 64, quæ per operationem antedictam vel addendo 6 ad 4. fient 10, & consequenter per abjectionem (o) unum.

Vel dempto numero novenario, qui est 63, pariter remanebit unum: Si verò (9) toties abjeceris, quoties in tabula apparent; vel invicem numerum numero addendo reperire licet, v. gr. 1 & 8, 7 & 2, 3 & 6, 4 & 5, remanebit *Nulla*.

Demonstratio est evidens, quòd *nihil* sequatur *unum* & *omnia*; & vice versa, quòd omnia in unum & in nihil eadem ratione redigantur.

Phil. Deum esse *numerum* Philosophi Gentiles asserere non erubuerunt, summaque in isto latere mysteria nemo ibit inficias.

Argumentum verò irrefragabile, quod Hebraici typi prærogativam sustineat, verè punctorum est ratio, quæ non antiquitatis solùm, sed & inventionis, & inventoris nomine est pluris æstimanda; At verò punctum de hac lingua faciamus, & Latium, quod restat, nunc age, ingrediamur.

Theop. Fama est, easdem ex Græcia Pelasgos, quas Cadmus ex Phœnicia *sedecim*, sed sine adnominibus Latio intulisse Literas sequentes:

α β γ δ ε ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ

quibus successu temporis accreverunt tres adnominatæ, nempe ξι, quam inversim *ix* vocant, ὑψιλὸν & ζῆτα.

Phil.

Phil: Nonne ὑψιλὸν ipsorum jam erat vltima?

Theop. Illa tùm non ampliùs y, sed u, prout nunc audit, sonabat. Quid? quòd

I & U

antè aliam Vocalem positæ fiebant Consonantes

J & V

adscitis adnominibus Hebraicis

Iod & Vau:

ad quarum Literarum imitationem insuper introduxerunt

F, *G*, & adspirationem *H*,

ipsisque illum, quem in Alphabeto Hebraico Vau, Zain & Cheth, habent, locum assignaverunt.

Phil. F, &, *G*, cum V, &, J, aliqualem habent cognationem, cujus intuitu etiam G, quod aliàs tertium in ordine erat elementum, loco suo motum esse crediderim, quem Zain econtrà, quoad sonum; C, autem quoad figuram occupasse reor.


Theop. C, duplicis est soni, & pænè dixerim

originis : *Sigmatizans* enim utique cum *Zain* concurrit, ductumque agnoscit à Sigma Græco, sic, C, scripto.

Tenuis autem idem est cum Hebraico *Caph*, cujus & ductum, inversum scilicet sequitur. Hujus cognatum *Coph*, Syriacè *Quoph*, Latini quoque ex Syria asportarunt, suoque Alphabeto inserere voluerunt; consuetum idcircò locum ipsi dedere inter P, & R, restringendo adnomen *Quoph*, per Apocopen in *Qu*: & cum adjuncta hac litera *u*, ipsi peculiari, scribi semper consuevit.

Structura ejus ab eodem Syriaco ܩ id est, Quoph (ex Hebraico ק Coph) est, horizontali in perpendicularem reconversa h. m. *q*.

Ex hoc minusculo *q*, posteà formarunt *Q* vel Q majusculum.

Eodem planè modo, quo ex *g*, minori, cujus ductum *γ*,  vel antecedens *q*, præbuit, fecerunt *G*. majusculum.

Phil. Observavi in antecedentibus multos characteres priùs in minusculo scribi, multasque medias ex suis tenuibus formari.

Theop. De H, F & V, undè sint, superiùs

di-

dictum eſt; J autem ab antiquiſſimo ſuo ductu



originem trahere ſuſpicor.

Verùm quò meliùs unius alteriuſve elementi ductum diſcernere poſſis, opus eſt, ut totum tibi Schema ob oculos ponam:

Græcum				α	β	γ	σ	δ	ε		
				Α	Β	Γ	C	Δ	Ε		
Latinum				A	B		C	D	E		
				a	b		c	d	e		
	Ⅎ	–	–	(ɔc)	ι	–	Κ	λ	μ	ν	ο
	F	–	–	H	I	–	K	Λ	M	N	O
	F	–	G	H	I	J	K	L	M	N	O
	ʄ	–	g	h	i	j	k	l	m	n	o
	π	–	ρ	–	ς	τ	ϑ	ξ	υ	ζ	
	Γ	–	P	–	Σ	T	–	Ξ	Υ	Z	
	P	Q	R	–	S	T	U	X	Y	Z	
	p	q	r(2)	–	s	t		x	y	z	

Phil. Inter Majuſculos, quoad ductum planè conveniunt:


A B C E F H I K M N O T Y Z.

Diſconveniunt autem:

D L P R S X.

Theop. De D, L, & X, ſuperiùs in numeris dictum eſt, quòd nempe D, ſit ex Græco, Δ,
L ex Hebraico ר, &
X, Ab Argolico Χ,
P, igitur facies ex, Γ, ſi quadratum mutaveris rotundo.

R, exprimit notam antiquam  injecta

perpendiculari, ſicut & in formando 

& aliis factum fuit.

S, eſt à Græco minuſculo ς, quo de ſuprà ſatis s. l. dictum eſt.

Phil. Prætereà video, quoſdam minuſculos characteres multùm differre à ſuis majuſculis.

Theop. Quantum ad minuſculos,
a, eſt ab α, cornu ſuperiori dempto.
b, eſt à β, omiſſa ſuperiori anſa,
d, eſt à δ, lineis in unam coaleſcentibus.
e, eſt ab ε, ſemicyclo ſuperiori reciſo, inferiori autem in medium ſui ducto.
, eſt à ┤.
i, eſt ab H, dempta ſemilinearum ſuperiorum poſtera.
nſervat adhuc punctum ab Hebræorum

l, eſt ab L, ablata horizontali.
n, eſt ab N inverſo.
r, eſt ab R, anſa & cauda ad finem non perductis.
z, primævæ originis ductum adhuc retinet.
t, eſt à T, pede per lineam tranſverſam exporrecto.

Et ſic præter propter de cæteris.

Phil. Orientem & Occidentem versùs hanc arborem video ramos feliciter extendiſſe; At qüænam versùs Meridiem & Septentrionem illius ſit facies, oſtende.

Theop. Meridiem versùs intelliges Æthiopicum; versùs Septentrionem verò Scythicum ſeu Teutonicum, quod cum Latino quidem Idiomate *communia*, & *non communia* habet ſequentia.

I. Adnomina alia nulla admittit.

II. Ab A, incipit, & in Z, deſinit, eundem ſequendo Literarum ordinem & tenorem.

III. Eaſdem habet Vocales, & quæ ex ipſis fiunt conſonantes J, & V.


IV. Pluris habet unam literam, nempe VV, ex duplici V, compoſitam.

V. Solo differt charactere, cujus ductus & ſubtilitates nimis longum foret hìc deſcribere. Sufficiat igitur Schema ſequens, ex cujus diſparitate ab origine ſimùl colliges, quantum cætera Idiomata à radice abiverint, & quàm ſit difficile, veræ ſtirpi ſuæ iterùm eam inſeri.


ABCDEFGHIK



LMNOPQRST



- V - XYZ



Phil. Normannos literas haſce à Romanis accepiſſe, eaſque Runicas, id eſt, Rumicas vocaſſe, teſtatur Salmas. de Helleniſt.

Theop. Æthiopicum quod ſpectat, ab Ægyptiaco, eoque antiquiſſimo & primævo originem trahere arbitror ex eo, quòd

I. Incipit ab O quamvis parùm corrupto, dicit enim: *Hoi*. O hic adſpiratur propter intonationem, & *i* adjicitur more etiam Hebræis conſueto, de quo

utro-

utroque suprà fusiùs . Character ejus 

proximè accedit ad Græcorum ὑψιλὸν , sicut Ain Hebræorum adspirationis vicem præstat .

Phil. Apud Iberos seu Georgianos eadem est ultima , cujus nota , nomen & valor hic est :

 Hhoi , Hh .

Theop. II. Ascendit per *septem tonos* usque ad suam Octavam , quæ cum antecedente , penultimo scilicet semitonio , incorrupta mansit. Ubi observandum , quòd imum tonum , fortean ob vocis profunditatem pueris dictu difficilem reticuerunt , transferendo illum in Octavam . Inceperunt igitur in secundo tono , cujus tum ordo hic erat :

1	2	3	4	5	6	7	8
	ε	ι	η	ο	α	υ	ω

horum sonos posteà mutarunt in

α ε ι α̃ ε υ ο

Phil. Video : ex primo fecerunt octavum seu ultimum , ex secundo sextum & vice versa ; ex

ter-

tertiò quartum, & ex quarto quintum &c. nam dato uno abſurdo plura ſequuntur.

Theop. III. Literæ cuique in latitudinem aſſignarunt has ſeptem intonationes; in longitudinem verò ordinem obſervarunt talem: Videlicet poſt Ipſorum *Hoi*, intonatum per ſeptem vocales antedictas procedunt ſemivocales, ceu ſunt:

L, cujus character , qs. à  addito pede altero; adnomen eſt *Lavi* à Lamed.

H,  ח Haut, Heta.

M,  M Mai, Ma.



S,   Saut, Seta.

R,   Rys, Reſch.


S,   Saat, Tſade.

Jam

Jam ſequuntur tres mutæ :

K,		Kaf, Coph.
B,		Beth, Beth.
T,		Tavvi, Tau.

Succedit adſpiratio denſa ; & ultima liquida ſemivocalis :

H,		Hharm, Harmonica.
N,		Nahas, Naralis.

Hinc primum venit ea, quæ in aliis omnibus princeps eſt :

A,		Alph, Aleph.



Phil. Huc quadrat illud Plutarchi l. 9. Sympos. q. 3. *Cadmum* ferunt ideò Alpha primum literarum posuisse, quòd *Bos* ita Phœnicum lingua dicitur, quem non secundum, aut ut Hesiodus tertium, sed *primum* inter res necessarias existimant. Quo de plura in Kircheri Prodromo Copto. p. 237.

Theop. Hanc iterùm sequuntur tres mutæ; nisi quòd Ain sit inspersum:


K		ק	Caph, Caph.
VV		Φ	VVavve, Vau;
H		ע	Ain, Ain.
Z		z	Zai, Za l. Zain;

Hinc

Hinc veniunt eæ, quæ noviter & confuſim fuerunt adjectæ, ſuntque ſequentes :

J		Jaman, Gamma.
D		Dent, Delta.
G		Geml, Gimel.
T		Tait, Theta.

Nota benè : Characterem hunc commutatum eſſe ſuſpicor cum ultima Pſa, cujus T nota eſt.

P		Pait, Peta.
Z		Zadai, Zeta.
ZZ		Zappa, Kappa.
F		Af, Ef.
P		Pſa, Pſi

De his literis prælaudatus Ludolfus ita Cap. 6. de poteſtate literarum : *Literæ quædam nominibus tantùm & figuris , non autem pronunciatione inter ſe differunt . Veriſimile quidem eſt , olim diſcrepaſſe , ſed cum tempore , ut fieri ſolet , ſonum mutaviſſe.*

Phil. Te qui audit , facilè crediderit , omnes etiam Sinenſium literarum characteres ex uno profluxiſſe .

Theop. Atqui hoc non de literis ſolùm affirmo , ſed quod magis eſt , de *Linguis omnibus* , *ſingulisque vocibus* mihi perſuaſum habeo . Sinenſium autem characteres undè ſint , docet Cl. Hornius in Hiſtoria , quæ & Arca Noæ inſcribitur p. m. 53. his verbis : *Multa ſine dubio Ægyptiæ originis argumenta apud Sinenſes deprehenduntur , maximè ſcribendi antiquiſſimus modus , & ipſa Philoſophia , cujus in Ægypto prima ſedes fuit .* Plura de Ægyptiorum ſtudiis ſuppeditat locus in lib. 1. de omnium Gentium moribus &c. ſuprà cit. Ioannis Boemi , p. 45. cujus verba hæc ſunt: *Nunc quoniam omnes , qui olim doctrina aliqua excelluere , quique aliis Gentibus leges , & vitæ inſtituta præſcripſerunt , ad Ægyptios prius , ut mores illorum , leges & ſapientiam (quibus tum omnes terræ nationes facilè anteibant) perciperent , tranſire : ut Orpheus , Poetaque Homerus , Muſæus , Melampodes Dedalus , Lycurgus Spartanus : deinceps Solon Athenienſis , Plato Philoſophus , ac Samius Pythagoras , & hujus Diſcipulus Salmoxis , Eudoxus quoque* Mathematicus , *Democritus Abderites , & Inopides Chius , Moſes*

He-

Hebræus , *atque alij multi* , *ut in ſacris eorum libris contineri Ægyptij ſacerdotes gloriantur* . *Libet* , *conveniens etiam eſſe mihi videtur* , *illorum vivendi ritibus diutiùs immorari* , *ut cognoſcatur* , *quid & quæ quiſque illorum ab his acceperit* , *atque aliò tranſportarit* . *Nam ut* Philippus Beroaldus *ſuper Apuleianum Aſinum ſcribit* , *pleraque etiam ex Ægyptiorum religione tranſlata in religionem noſtram* (*Chriſtianam*) *ſunt* , *ut lineæ veſtes* , *deraſa Sacerdotum capita* , *vertigines in altari* , *pompa ſacrificalis* , *Muſicæ modulamina* , *adorationes* , *preces* , *aliaque id genus complura* . Hæc ille .

Phil. Cave plura dicas, quàm præſtare poſſis: noſtin' *Artem longam* , *vitam* verò eſſe *brevem* ?

Theop. Iterùm dico atque replico, cujuſcunque linguæ *Voces* omnes ex *Uno Principio* originem ſumpſiſſe .

Phil. Rem narras , quam ex earum numero exiſtimo , quæ fieri poſſe repugnant .

Theop. In magnis etiam voluiſſe ſat eſt , mihi ſufficiat , viam monſtraſſe, remque inchoaſſe, quam poſt me alii ad finem poterunt perducere.

Phil. Recordare , exiguum errorem in principio , magnum evenire in fine ; & totus rei cardo in eo vertitur , ut applaudatur à literatis & Viris doctis .

Theop. Nemo non Doctorum , qui cordatus erit , aurem dabit *rationibus* , cùm intentio mea non ſit , *auctoritatibus* hìc, & hac in re contendere.

Phil. Contrà Solem loqui nefas; profer igitur, Te quæso, argumentum sufficiens, quo evincas, *unam tantùm linguam* radicalem in universo Mundo hodienum conservari.

Theop. Scripturæ *divinæ auctoritas*, & omni exceptione major, & primo loco nominanda, evincit, *confusionem Babylonicam* fuisse natam in sermone, qui tum erat *unius labii*: undè sanè colligitur, non novas exortas esse linguas, sed unam solummodò confusionis labe infectam permansisse; idque patebit evidentiùs meis in *Etymologicis*, quæ Deo dante, emittere in lucem constitui.

Phil. Illùc igitur differendum erit meum judicium: at enim, quid si literatorum turba tuis forsan conatibus obstiterit?

Theop. Si *unitati*, quæ Dei character est, confusionum multitudinem præferet, facilis res erit; Ego interim in hujusce veritatis cognitione jure me beatum prædico.

Phil. Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc, sciat alter. Utne igitur diutiùs considerandis literarum notis immoremur; agedum verba produc, quibus, quòd prima sint, fidem denegare nequeam.


Theop. Ut ab ovo rem exordiar, scias, verbum simplicissimum omnium esse:

Ω Sum.

Quod

Quod æterni Dei, ejusque Essentiæ est character, Nomen atque Symbolum.

Phil. Armeni olim Monogrammate id figurabant :



Theop. Hujus productum est :

ἕω, sum, eo, venio.

Phil. Ab ἵεσθαι Ægyptiorum Isidem Kircherus putat fuisse denominatam.
Undè est ἕσις, Cupiditas, desiderium.
Nisi rectiùs ab ἥσις Delectatio, voluptas ?

Theop. Secundum ab hoc est :

ἄω, flo, spiro, floreo.

Et tertium :

ὕω, pluo, fluo &c.

Omnia principium repetunt, dum in illud desinunt.

Phil. Ad defendendam bonam causam pr verba sufficiunt, & hæc quidem pro pr

Clafse : jam ad fecundam Tuo, fi placet, aufpicio.

Theop. Hanc invenies, fi liquidam femivocalem cuilibet applicueris, v. gr.

- ῥέω, fluo, loquor, &c.
- λέω, undè λαλέω, loquor, dico, &c.
- μέω, pro quo μάω, amo, quæro, vehementer cupio &c.
- νέω, eo, redeo, it : neo, no, nato, & nafcor.
- σέω, cribro, undè ufitatiùs σείω, moveo, agito &c,

Et fic de cæteris, quæ fuo loco & tempore, Divina favente gratia, minutiffimè & de verbo ad verbum depromere paratus fum.

Phil. In Græcis concedo : aliis vèrò de Linguis nefcio quid me dubitare jubeat.

Theop. Si animus eft, in illis velle erudiri, hanc normam fequaris neceffe erit:

Primùm in eo conveniamus, ut *Ordine omnia procedant*. Ordo autem nofter talis erit : In Orientem antequàm pedem inferamus, omnes Europæorum Linguas unam & eandem effe, ut demonftremus; quod fiet, fi *Græca* primùm ad Principia prædicta redigetur; fi *Latina* non nifi Græca corrupta demonftrabitur; fi *cæterarum Septentrionalium radices* ex his duabus fluere, probabitur, quæ non inferre temerè aufim, nifi certè de rei hujus veritate effem; publici autem [illegible]ris fiant, quid impedit, nifi fumptuum pe[illegible]?

Phil.

Phil. Sine ſumptibus fruſtrà expectes opus magnum & memorabile . At quando Hebræarum promittis , & reliquarum Vocum Orientalium derivationem ?

Theop. Poſtquàm demonſtravero Europæorum unitatem Idiomatum ; quippe quorum doctrina non majore ſolùm conſtabit utilitate , ſed & à quovis Europæo pluris æſtimabitur, ſicque totius Operis naſcentis *Idea* cognoſcetur .

Phil. Verè Herculei opus erit laboris:modò ſint, qui gratum acceptumque id ſint habituri . Quantum quidem in me fuerit , nullum non movebo lapidem , ut id promoveatur .

Theop. Faxit Deus ſupremus Gloſſodidaſcalus, ut omnia ſuæ Gloriæ , cui ſervire ; & Diſcentium bono , cui velificari debemus , unicè cedant . Ita & claudimus in Deo , à quo initium fecimus , & noſtrum ſermonem coronide ſignamus .

Hugo. Lib. 6. Didaſc.

Noli , inquit, *contemnere minima , quia paulatim defluxit , qui minima contemnit . Si primò Alphabetum diſcere contempſiſſes, nunc inter Grammaticos nomen non haberes . Scio , quoſdam eſſe, qui ſtatim philoſophari volunt ; quorum ſcientia formæ Aſini ſimilis eſt . Noli hujuſmodi imita*

Parvis imbutus , tentabis grandia tutus

Verùm utne quis cæca mecum luce me ſuſcipiat , ſed antegreſſo primùm oculc

auriumve judicio domeſtico, vel alieno rei probæ manus injiciat; ideò examinandum legitimis Linguarum Profeſſoribus me offero, quos, ut præfiſcini hoc dixerim, reapſe ſpero experturos, me nullo modo canere poſt Lesbios Cantores, nec Veterum lyra oberrare. Vale!

Phil. Tu quidem valedicis mihi, qui ſpecimina quædam aſſertionum tuarum hactenùs expectaram. Sanè jam non me contineo, quin Te, ut floribus & fructum quendam ex Hortulo Philologico adjungas, obſecrem.

Theop. Age! cùm æquum ſit, Analytica quædam Syntheticis ſubnectere, & ne jejunus prorſus à me abſcedas, quid deſiderio tuo ſatis poſſit facere, ediſſere.

Phil. Quòd ſi Græca in Ægypto, ut aſſeris, prima omnium Lingua numeris omnibus abſoluta extitit, conſequenter & prima nomina, quorum in utraque hiſtoria fit mentio, ejuſdem linguæ fuiſſe, credendum eſt.

Theop. Hac de re nullum eſt dubium me penes.

Phil. Ne graveris igitur quædam illius Ævi nomina enucleare, id quod maximum faceſſit mihi negotium.

Theop. *Moſes*, ſacer ille & primus omnium ſcriptor nomẽ *ἐπώνυμον* ſortitur à Μοσχὸς, propter tuberculos, qui naſcentium Vitulis cornuum inſtar in fronte ipſi prominebant, ex quo & frater ejus *Aaron* (ab —ν, ων@, ὁ, diſſimulatè loquens) illius in abſentia [illegible] arripuit, *Vitulum* illum Idololatria hinc cele- & ſtatuam, quæ Moſen referret, ex auro cõflãdi.

Phil.

Phil. Hinc, opinór, liquet, undè Moſchorum Mexicanorum Idolum *Vituli Patuli*; (corruptè Vizili puzili, aliis Patilla) traxerit originem. Verùm Sacra Scriptura tuæ menti non conſentit, dum hujus nominis impoſitionem filiæ Pharaonis attribuit, quæ in lingua quidem Ægyptiaca, ita referente Kirchero, ab eductione ex aquis, quæ *Mo*, vel ut alii legunt, *Mos* vocantur, ita ipſum nominaverit.

Theop. Mihi hoc non contradicit, quia unum nomen æquivocum in uno ſubiecto facilè concurrere poteſt, v. gr. *Cæſar*, aliis eſt à cæſo matris utero dum naſceretur; aliis à Cæſarie, dum adoleſcens eſſet;aliis ab Elephanto, cui nomen *Cæſar*, quem primùm Vir Juvenis occidiſſe fertur. Imò non repugnat, Moſen ineunte ætate *Mò*, vel *Mos*, adulta autem Μοχὸς, & *Moſes* audiviſſe: exemplum in promptu eſt τῦ *Abram*, qui poſteà *Abraham* vocabatur.

Phil. Sic Ulyſſes appellatus fuit Ὀδυσσεὺς, quòd Avus ejus Autolycus πολλοῖσιν ὀδυσσάμενος in Ithacam venerat Sed quomodo ſuprà dictorum ſeptem primorum hominum nomina ex tuo derivas principio?

Theop. Primus omnium Parens à variis Gentibus varia accepit nomina.

A Moſe vocatur *Adam*, ab Ἄδημος Adamus, peregrinans, ſeu abſens à Patria, (quæ Paradiſus erat) ſua. Accinit huic etymo Rex & Prcpheta David:Quia peregrinus ſum apud Te, inc ut omnes Patres mei; præeunte Abrahamo Gen. 47.ad Pharaonẽ dicit:Dies peregrinationi

meæ centum triginta annorum ſunt; parvi & mali, & non pervenerunt uſque ad dies Patrum meorum, quibus peregrinati ſunt.

Græcis Κρόνος à χρόνος, quòd ipſo cũ tẽpore extiterit, vel potiùs antè ipſum tẽpus, auctor ipſe tẽporis.

Latinis *Saturnus*, à Satyrus, quod ἀφαιρετικῶς fit à μιξόθηρ, ηρος, ὁ, ut μιξόθηρ ἄνθρωπος, i. e, ſemiferus, ob incultam ſcil. humanitatis ſpeciem. Huic ſententiæ adſtipulatur Arnobius adverſus Gent. lib. 4. *Saturnus induit formam feri*.

Gallis ut Cl. Hornius refert, *Dis*, contractum ex Ditis, à Δύτης, occidentalis, de Sole & Neptuno plerunque intelligitur; it: ad quem patet ingreſſus, quod arguitur ex ipſius compoſito: Ἄδυτος enim eſt, ad quem non patet ingreſſus, non occidens. Undè τὸ ἄδυτον, locus Templi ſecretior, ad quem ſoli Sacerdoti aditus patet,

Aſſyriis dictus fuit Ἄδαδ, ab ἔδωδος, edax, undè Germanorum Todt. i. e. mors, cujus videl. Numinis poteſtati omnia ſubiecta ſunt.

Germanis *Mannus*, (Mann & Manniſch) ab Ὅμευνος, qui vel quæ eodem cubili utitur, maritus, uxor, undè & Latinorum *Homenus*, *Hominis*, *Homen*, *Homo*.

Phil. Convenientiſſimum ſanè vocabulum, Adamo quod poterat tribui, quia verè *Homo*, (mas & fœmina) ab initio erat conditus.

Theop. *Seth*, nomen habet à Ζάθεος, i. e. valè divinus; Græcis poſteà contractè Ζεὺς, -. Hic in Sacris vocatur *Filiorum Dei* r, proptereà quòd in ejus familia invocatum nomen IEHOVÆ. Ex Διὸς autem, ut

Græ-

Græci formarunt Δῖος, Δῖυ, quod idem eſt ac Ζάθεος: ita Latini ſuum hinc deſumpſerunt *Dijovs*, *Dijovis*, Aphæreticè *Jovis*: cui alii per Craſin adjunxerè *Pater*, undè vulgatum ejus nomen *Jupiter*.

Phil. Similem Craſin obſervo & in vocibus βέπαις, βυκέφαλος &c. & Jupanus. in Notitia vocab. Eccles. Magri.

Theop. *Cainus* primitias frugum primus obtulit, undè & ipſi nomen. Ἀκέανος enim eſt leguminis genus, quòd ægrè diſſolvitur. Nomen hoc ſucceſſu temporis, à variis variè & mutilatim, ut fit, pronunciatum & ſcriptum fuit, v.g.

GRÆCIS	ΩΚΕΑΝΟΣ,	Idque eodem modo, quo ἀγωγὸς, Dux viæ, abiit in Ὠγύγης, undè etiam Gyges.
LATINIS	OCEANVS,	
ITALIS	Oceano,	
HISPANIS	Oceano,	
GALLIS	*Ocean*,	
ANGLIS	*Zea*,	
BELGIS	*Zee*,	
GERMANIS	*See*.	

Hic quoniam aufugit, teſte Scriptura, *à ſuperficie terræ*, & quidem Orientem versùs in terram Ἀνατολὴν,

Natoliam, undè
Nod,

Maris occupavit Dominium; undè à pleriſque C tilibus (ab ἀναπτύω, expuendo ejicio, prop ſum ſpuo) *Neptunus* ſalutatus fuit.

Phil. Hinc Ægyptii littora Mari

vocarunt. Conferatur Cl. Horn. Hist. p. 51.

Theop. Aliis verò ob internecionem fratris *Mars* (olim Martis, ab ἱμερτὸς, amabilis, suavis, gratus, it: desiderium excitans, & dignus qui desideretur) audit, *bellorum* nempè *Deus & auctor*.

Idem prætereà Ἀγύηρος (*Goarus*) & ἀγριότης, vel rectius ἀγρῶκος (Græcus) id est, *Agricola* appellatur.

Phil. Non jam est incertum ampliùs, undè *Græcorum nomen* à Latinis receptum fluxerit. Et *Goari* nomen adhuc claret in Oppido hujus nominis ad Rheni ripam sito, ubi ædes & statua *S. Goari* visuntur.

Theop. Habel non absimili ratione nomen sumpsisse videtur ἀπὸ τῆς ἀπαλῆς, ab hœdo tenello & delicato, quem ceu gregis sui primitias Deo pariter sacrificavit. Ἁπαλὸς enim non vehementem, sed lentum, tenerum & delicatum, ut ipse fuisse præsumitur, notat. Ægyptii venerati sunt memoriam ejus sub nomine *Osiris*. ὁ Σείριος enim *Sol*, apud Archilochum, teste Hesychio, ut & apud Hesiodum, à quibusdam exponitur, & quidem ἐξαιρέτως; sicut ab ἡ, vel Doricè ἁ Συρία est *Assyria*. In qua significatione dicitur & Σεὶρ (undè Seres) apud Suidam. Et *Siris* Italiæ Civitas, Metaponto propinqua, Stephan. Deindè *Heraclea* dicta: Plin. 3. 11. Σειρῖτιν vocat Strabo lib. 6. Hæc ex Bongarsio Berneccerus annotavit ...bem Sirin, in Just. 20. 2. 4. Hesychius enim ...as advertunt, Ibicum omnia astra Σείρια ...ε.

Ejus-

Ejuſdem etymologiæ eſt & Σείρη , *Apis*, vel *apis cellula*, quæ coniunctim poſteà dicebantur: *Serapis*. Teſte Euſebio Chron. 2. Niobæ omnium primæ mulieri, ut Græci perhibent, mixtus eſt Jupiter, de qua naſcitur Apis, quem Serapim vocant.

Apis autem nobis eſt ab ἔυπυς, i. e. bonis pedibus præditus, ſeu validis & ſolidis; undè ἀφαιρετικῶς etiam venit βοῦς, βοὸς, *Bous*, *Bovis* & *Bos*.

Vndè Bos vel Taurus in Cœlo, vel Dodecatemoria *Signum firmum* audit. Ex ejuſdem thematis, πῦς, compoſitis fluunt & ἵππος, equus, nimirum ab ὑπόπυς, pedibus ſubnixus; ſicut ab ὁλόπυς, integer pedibus, *Vulpes*; ab εἰλίπυς flexipes, ἔλαφος, Cervus &c. Ex his cognoſces, qua ratione Ægyptii *Oſirim* nominarunt Solem, & loco ejus coluerunt *Bovem*, ſub *Apis*, vel *Serapis* nomine. Nec tamen credas, huic voci cognatam eſſe *Seraphim*, quod Voſſio perſuaſum; ſed eſt à θεραφεὶμ ex θεράπων, miniſter, famulus.

Phil. A Syria Aſſyriam dictam eſſe, contrariatur quidem Juſtino 1. 2. ſuſtinetur autem ab eruditiſſimis Viris Salmaſio & Berneccero, cum in locum commentantibus.

Oſiris & Serapis etymis addere lubet Kircheri ſententiam, quam in Prodromo Copto p. 17 prodit his verbis:

Oſiris, ὅσιος ἱρος, ſacro-ſanctus (& pa[illegible] inferiùs) *Serapis*, ſivè ἀπὸ τῦ σώρυ ᾗ ἄπιδο ciſta videl. in quam à Titanibus Apis con[illegible]

eſt: ſivè ἀπὸ τῦ σαίρειν, hoc eſt, à gaudio & hilaritate, ut Plutarcho placet, denominatus. Cæterùm & ſidus pro Sole ſæpè ponitur, ut apud Juſt. 13. 7. 10. ubi Ariſtæus *Solſtitiales ortus ſideris* primùm inveniſſe dicitur. Quo ſignificatu etiam utitur Plinius Panegyr. c. 29. *Quod Terra genuit, quod ſidus aluit, quod annus tulit*. Et c. 80. *Velociſſimi ſideris more omnia inviſere* &c. Plura in notis Bernecceri ad ad eundem locum.

Theop. Latinis *Sol* audiebat, cujus etymon in Voſſio noſtro ampliſſimè deſcriptum invenies, niſi mavis eſse à Σόλος, ϐ, ὁ, quod diſcum ejus notat. Belgis verò à Ζώνη, quando notat *Ignem ſacrum*, *Zonne*; Germanis *Sonne*.

Phil. At per Ignem ſacrum Scapula ex Scribonio ibi intelligit herpetis ſpeciem, eò quòd medium quodammodo cingat & complectatur hominem.

Theop. Huic nodo quærendus erit cuneus, & æquivocum reſolvendum.

I

Sol (& quivis Circulus Cœleſtis) quia ambit Mundum, [illegible]tatur Ζώνη, ſic ἔμπυρος [illegible]ud Poll.	Purpurea veſtis, it: quævis faſcia ſeu Balteus, quia cingit Hominem, vocatur Ζώνη, Ζῶμα & Ζωςὴρ	Herpetis ſpecies Eryſipelas, quando medium quodammodo cingit & complectitur Hominē, dicitur quoque Ζώνη & Ζωςὴρ

II

II.

Sol	*Eryſipelas*
Illuminat Mundum, uritque terram. *Cum Sol gravis ureret arva. Ovid. 6. Met.*	Inflammat & urit Corpus humanum,
Ideoque myſticè ipſum in terris repræſentat *Ignis ſacer*, adoratus olim in UR Chaldæorum.	Ideoque tranſlatè vocatur *Ignis ſacer*, dictus vulgò Ignis S. Antonij.

III

Ignem ſacrum, quem hìc intelligimus; præ aliis ob oculos ponit Q. Curtius l. 3. c. 3. ubi notabis; Perſas per ignem & aurum *Solem*; per albedinem autem & argentum *Jovem* hìc figurare:

Patrio more Perſarum traditum eſt,
orto Sole demùm procedere.
Die jam illuſtri,
ſignum è tabernaculo Regis
buccina dabatur.
Super Tabernaculum,
undè ab omnibus conſpici poſset,
Imago Solis
cryſtallo incluſa fulgebat.
Ordo autem agminis erat talis:
Ignis
quem ipſi ſacrum & æternum vo
argenteis altaribus præferebatu

Magi proximi
patrium carmen canebant.
Magos
trecenti & ſexaginta quinque
juvenes ſequebantur
puniceis amiculis velati;
diebus totius anni pares numero:
quippe Perſis quoque
in totidem dies deſcriptus eſt annus.
Currum deindè *Jovi* ſacratum
albentes vehebant equi.
Hos
eximiæ magnitudinis equus,
quem *Solis* appellabant,
ſequebatur.
Aureæ virgæ & albæ veſtes
regentes equos adornabant.
Haud procul erant vehicula decem
multo auro, argentoque
cælata.
Sequebatur hæc
equitatus duodecim Gentium,
variis armis & moribus. &c.

Sic Darius, notante eodem Auctore l. 4. c.13. Solem & Mithren (Martem) *Sacrumque & æternum* invocavit *Ignem*, ut illis dignam vere gloria, majorumque monumentis fortitudinem inſpirarent. Et ibidem c. 14. Precatur miper Deos patrios, *æternumque Jovem*, qui ertur altaribus, fulgoremque Solis &c ut ab ultimo dedecore nomen Gentemque

Idem

Idem Ignis & Romanorum Imperatoribus præferebatur, ut luculenter docet elegantissimus Lipsius ad Taciti Annal. Excurs. 1. Mod. Accedit, quòd Servius illa verba Æneid. 12.

- - *& Diis communibus aras* :

explicans, Deos communes esse scribit, qui ἄζωνοι dicantur, i. e. qui certi certas non habeant partes, sed generaliter ab omnibus colantur, & ex numero eorum esse matrem Deorum, cujus potestas in omnibus sit Zonis.

Phil. Ζώνη, quòd ignem sacrum, id est, herpetis speciem significet, Scribonium auctorem habet.

Theop. Et Ζώνη, quòd ignem sacrum, id est, Solem denotet, totum habet septentrionem, & innumerabiles hominum myriades.

Alio prætereà nomine justus Abel noster, à Græcis dicebatur Πλούτων, ωνος, ὁ, idque proptereà, quòd primus à fratre interemptus regnum subterraneum occupasse crederetur; ex quo & opes, & herbas promere dicitur, ut hinc præter divitias, & Medicinæ inventum ipsi adscribant.

Phil. Idem & *Apollo* apud inferos audiebat, sumpto nomine ab Ἄπολις, id est patria pulsus.

Theop. *Naema* est ipsissimum Νόημα, Mens consilium, cogitatio & intellectus, ob [illegible] mam rerum inventionem, quæ ipsi adscri[illegible] Eadem vocitatur Græcis Ἀφροδίτη, & [illegible] Latinis.

Veneris autem etymon est φανερὸς, ρὰ, app[illegible]

manifestus, apertus, item clarus, illustris, celebris, undè & φανὴς, ητος, ὁ, dicitur Sol, quòd novus quotidiè appareat,& apud Orpheum sic nominatur Amor, quòd ex chao primus emerserit. Item *Pallas*, à πολιὰς,άδος, ἡ,urbana, sic dicta, quòd urbis præses, tutrixque esse crederetur. Et ab ἑρμηνέυειν, Minerva; & *Athenæ*, ab ἐυθύναι, verbi ἐυθύνω &c.

Phil. Quatuor celebrantur Veneres:
Prima, Cœlo & Die nata.
Secunda, Spuma procreata.
Tertia, Jove nata & Junone.
Quarta, Syria Cyroque genita, quæ & Astarte vocatur, quam Adonidi nupsisse proditum est.

Theop. *Tubalcain* ad differentiam superiorum, non *pater*, sed *filius* salutatur τῦ πολυκαίνυ, id est, *Vulcani*, à πολυκαινὴς, multos occidens; (sicut à πολύθυρ☉, multùm impetuosus, multo seu vehemente invadens impetu, est *Vulturis*, & vulturnum mare, vulturnusque ventus; quod inductionis gratia hìc apponere placuit) Talis enim erat Lamech (à λοχμιὸς, id est, arbusta & fruteta frequentans, sylvestris, densis pilis obsitus) qui Cainum occidisse creditur, ...gumento Scripturæ sacræ Gen. c. 4. Græcis ...atur Ἑρμῆς, Platoni Ἑρμινεὺς,Interpres,Τρισμέγι-...ermaximus.Latinis verò *Mercurius* ab ἡμεροκύ-...t Sol dicitur ἡμεροδρόμος, & Ἀυτοκύριος ipse ...anctus) aliter aliis.
...olem potiùs, quàm Hermetem *Diei Dominum*.

Theop.

Theop. Scias, epitheton hoc Jovi quoque, & Marti, & Veneri à Chaldæis datum fuisse, referente Boemio pag. 101. Latini autem de hoc solo id semper intelligi voluerunt.

Heva est Ἥβη, Dea pubertatis, absque patre nata, à Κυβήβη id est, Deorum mater, ex κύβη, id est caput. Hujus nomina apud alias gentes sunt: *Ops*, *Terra*, *Vesta*, *Pales*, *Rhea*, *Idæa*, *Phrygia*, *Cybele*, *Isis*, *Juno*, *Diana*, *Lucina*, *Luna*, & secundùm varias apparitiones etiam aliter nuncupata.

Undè manifestum evadit, ex simili fonte cætera quoque nomina *ad unum omnia* posse deduci, & plurima antehàc dubiosa ad evidentiam resolvi. Cùm certum sit ex sententia Cl. Pfeifferi; *Non omnia nomina propria sacri Codicis ex Lingua Hebræa esse oriunda.*

Phil. Audivi, & quidem cum animi voluptate, sed an de omnibus assensum, quem optas, assecuturus sis hæreo.

Theop. Hoc me non terret, rideant & rumpantur veritati ex adversùm euntes: Ego interim cum Antigenida *intùs mihi cano & Musis.*

Phil. Si ulteriùs tuo frui ingenio fas est, u cum adhuc curiositati meæ dabis: N Latinorum aliquot thematum ex Te c nem, tui nominis in memoriam, r cupio.

Theop. Liberè igitur & sine ambag quidnam vocum expectes, coràm fere.

Phil. Decadem illarum, quæ à I

Nominis tui initiali capiunt exordium.

Theop. Lubentiſſimè id faciam, ſed & motu proprio, binas adhuc Decades, à *tui Nominis primordiali P.* incipientes pro viribus & ingenii modulo ſuperaddam: queis quidem, ubi placuiſſe illas advertero, *Corollarii loco* haud ingratum quid adjecturum me polliceor.

Phil. Marmori omnia incidam.

Theop. Gerardus Joannes Voſſius, clariſſimus ille & noviſſimus in hac materia ſcriptor, primo loco nobis exhibet vocabulum:

I. *Tabanus*, quod ſecundũ me eſt adjectivum ſubſtantivatum, ut ſunt ferè omnia hujuſmodi nomina, ſubintelligitur enim *fucus*, & derivatur per Aphæreſin à καταφανὴς, id eſt, qui apparet, conſpicuus; undè & per Syncopen κηφὴν ῆνος, ὁ, fucus, quartum apum genus, & κηφήνιον fucus parvulus.

II. *Taberna* originem ducit à ταφὴ, Sepultura, (cujus cognatum Synonymum τάφος ου, ὁ, Sepulcrum, tumulus; & per Epentheſin τάφρος & τάφρη foſſa, fovea, it: Vallum, agger, idque per Paragogen, ſicut à *Ciſta & Cava*, dicimus *Ciſterna & Caverna*.

Phil. Ex Plinii hiſt. lib. 7. c. 56. noeſt; *anteà ſpecus fuiſſe pro domibus*.

Theop. III. *Tabes* eſt à tabeo, quod per eſin à κατηφέω, id eſt, ſum vultu depræ pudore erecto vultu intueri non

abula per eandem figuram eſt à καταβολὴ, um, it: penſio, & eſt vocabulum

per

per metaph. ductum ab eorum similitudine, quibus statis diebus in orbem redeuntibus certas pecuniarum summas dependere solenne est, ut sunt καταβολαὶ τῶν τελωνησάντων.

V. *Talitrum* per eandem est à σκανδάλητρον, lignum decipulæ incurvum, cui esca alligari solet, ut animal eam arrodens, decipulam in se evertat. Id quod etiam cultro fieri vulgò solet, cui buccella præfixa cani protenditur, at arripientis rostrum manubrio celeriter inverso percutitur. Derivatur autem à σκάνδαλον, offendiculum &c. undè σκανδαλίζω, & ex Schrevelio σκανθαρίζω, medio digito nasum ferio.

VI. *Tartarus*, Τάρταρος, est ab ἀτάρτηρος (per Epenthesin syllabæ ταρ, ab ἀτηρὸς) noxius, damnosus.

Phil. Sed obstat penultimæ syllabæ modulus Poeticus.

Theop. Si hoc assensum tuum retardat, ponamus quòd sit à τετράθυρος, quadriforis, quo ex etymo Poetæ ansam arripuere, fores ejus semper & ubique patentes describendi hoc versu:

Noctes atque dies patet atri janua Ditis.

Sic & à θηροτρόφος, feras nutriens, est Italorum Tartufo & tartùffolo; Fungi species, esui gratissima. De quo vide Vocabularium Hetruscum.

Verùm scias, non rarò æquivocationem in vocabulorum sensum irrepere solere, cut & hìc: nam *Tartarus*, quando *gen.* significat, à neutro horum derivatur,

potiùs à θυροθῆραι, οἱ, venatores, quia raptu & venatu, non solùm in hunc usque vivunt diem, sed & ipsorum Reges, non alio, quàm venatoris nomine & dignitate gaudebant, cujus habemus exemplum in Prusia *Venatore*, Bithyniæ Rege. Quid? quòd Teutones, & exindè oriundi omnes, Regem non alio, quàm τῦ Κυνιγῦ (*Kùnig*) nomine salutant, nec mirum, cùm primus in Orbe Terrarum Rex Nimrod, in Sacris appelletur *Magnus Venator coram Domino.* Atque hinc forsan *Chingus* Monarchiæ Sinēsis fundator; Et *Inga* Rex Peruvianorum nomen traxerunt. At quando vulgò *Vini fæcem concretam* notat, benè deducitur à suprà dicto ἀτάρτηρος, non obstante penultimæ ratione.

At quando *nummum* denotat, erit à τετάρτηρος, numismatis genus à Nicephoro Phoca excogitatum.


VII. *Tellus* est (sicut ex. gr. Crux, Calcar, Caput, & Nomina tertiæ Declinationis ferè omnia) à suo casu genitivo *Telluris*, quem derivamus à τηλερὸς, cujus termini procul sunt.

Phil. Eja, ὡς ἐν παρόδῳ, undè, quæso, tria hæc, quæ jam dicis, nomina originem ducunt?

Theop. Crux est à Crucis, hoc à χρυσὶς, ἡ, aurea: quod absolutè olim dicebatur, sub intelligendo vel φιάλην, vel ἐσθῆ-ita quoque σαχάνην, seu τρυτάνην. dicimus χρύσεια τάλαντα. τάλαντον significat stateram, libram, trutinam,

&

& lancem; ejusque figura hujusmodi erat facta:



uti non solùm rebus vendibilibus, ubi usu receptum est, Romæ, Venetiis, hodiedum videmus superimponi; sed & publico in mercatu lances utrinque ei appendi. Quid? quòd *monetis* inculcitur,non *ut Crucis Dominicæ* exindè recordemur, sed ut *Justitiæ*, seu justi valoris signum ex hoc expressum velint Principes. Et hinc Gallorum *Croisat*, *id est* Cruciger argenteus, & Germanorum *Kreutzer*, idem est quod nummus cruce signatus.

Calcar est à Calcaris, hoc verò à χαλκήρης, æreus, ex ære factus & aptatus.

Caput est à Capitis, & hoc à Κάπετος, verbi σκάπτω, in eo nimirum sensu, quo σκαφίον, (ipsius παρώνυμον) sumitur, pro ea scilicet parte capitis, quæ pilis tecta est.

Phil. Hinc forsan cognomentum est Hugonis Magni, qui Capetus insuper appellabatur, quique Francorum Caput & Regem postmodùm se exhibuit.

Theop. De origine nominis Capeti Scriptores ne hilum quidem scire asserit Jodocus Hondius, in Mercatoris Atlante Minore p. m. 205. quo post eum Funccius in Orbis sui Breviario 451. reperisse credit, cùm inquit: *Dici a*

ille Capetus, *vel Caputius meruerat : quòd adolescens caputia per ludum in aula regia aliis auferre consuevisset*. Sed mittamus ista: rectiùs deducemus nominis hujus mysteriũ ab υἱὸς Ἀγαπητὸς i.e. Filius dilectus, cũ propter penultimæ syllabæ quantitatẽ;tũ & quòd α frequenter soleat abjici v. gr. pro ὦ ἄναξ, ὦ νάξ, ὁ Rex, Euripid. in Phœnissis. it. Theocrit. Idyll. α. pro ὦ ἀγαθὲ, ὦ γαθὲ, O' bone! (undè & Germ: Gott, i. e. Deus, & Guth, Bonum) Sic pro Hugo Agapetus, breviùs dixere Hugo Gapetus, quod successu temporis dictum scriptumque fuit Capetus. Hoc a. adnomen Ecclesiæ Christianæ Pastor in Primogenitum, ideoque Christianissimum regem & filium suum applicare voluit, Spiritus Sancti verba imitando: ὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου, ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ἐυδόκησα. Hic est filius meus dilectus, in quo complacui. Matth. 12. 18. A Κάπετος ergò est Capitis, non verò Capetus.

Phil. Bene quidem ageretur, si etymi hujus significatum ad Caput translatum, expressum alicubi extaret.

Theop. Plura sanè desiderantur, quæ libris vel nunquam inscripta, vel in scriptis nunquam observata nec excerpta, sed oblivione perpetua obliterata omninò jacent. Opus igitur est ingenio, ubi natura temporumque injuria, vel scriptorum incuria officit, cujus rei ex multis exemplum sit vocula *MACIS*,

Μάκις, vel μάκις Indianis, Latinis verò osis, idem quod Græcis καρύοφυλλον. Hujus, vel vocis frustrà quæres auctoritatem, mens sana, & recta ratio ad verum ejus, si-

ſignificatum duxerit : eſt autem nobis ἀφαιρετικῶς à Καμακὶς , i. e. ornamentum capitis muliebre , capillos ambiens .

Quid hoc , inquies , cum flore τῦ μοσχοκαρυδίυ ? Sed ſi edoctus es , quòd *artificialibus præcedant naturalia* , facilè concipies , antequàm vocabuli ſignificatum ad muliebre capitis ornamentum fuerit translatum , illud ſimile quid & proprium magis , vel naturale , licet nullibi expreſſum ſignificaſſe , ut ſunt folia floris illius , nucis Moſcatæ capitulum ambientia : & quò clariùs veritatis lucem cernas , duabus ſententiam meam fulciam rationibus , ab antecedente nimirum ſuo principio , & conſequente ejus derivatis .

Καμακὶς eſt à Κάμαξ , Vitis pedamentum ſeu adminiculum , palus , it: pertica , it : contus , it: lignum haſtæ &c. A Καμακὶς iterùm eſt Καμακίας σῖτος frumenti genus , quale eſt quod vulgò Turcicum frumentum dicitur , & *Sorgum* in Italia . Longiùs hæc abeunt à capitis ornamento muliebri , propiùs verò accedunt ad arborem fructumque naſcentem .

Phil. Sed aromaticum adhuc non ſapiunt .

Theop. Et hoc fiet , ſi à κάμαξ , ακος , ἡ, derivaveris τὸ κωμακὸν , aromaticum quiddam , inquit Heſych . Theoph. Hiſt. pl. l. 6. c. 7. fructum eſſe dicit unguentis pretioſis permiſceri ſolitum . Sunt , qui Caryophyllon eſſe velint . Quiſquis ergò ratione , non auctoritate ductus dixerit : τὸ Κωμακὸν , fructum , vel nucem eſſe Moſcatam ; τὴν Καμακὶν verò nucis illius florem ; & ſic à Κάπετος , *Capitis* eſſe etymon ,

ve-

vero ipſorum ſenſu & ſignificatu, meo quidem judicio, non aberrabit. Verùm me revocat

VIII. *Tempus*, cujus caſus gignens eſt temporis, per Aphæreſin à ποταμιπτόρος, fluvium trajiciens; quo epitheto motus illius intelligitur, eadem ratione qua λύκος, *annum & Solem* apud Macrobium denotat. Sic *Lepus*, leporis eſt à τηλεπόρος, ad quantumvis longinqua penetrans, vel in longum vadens. Et *Arbor*, arboris, ab ἀεροπόρος, aerigradus, aerivagus, &c.

Phil. Exempla hæc id probant, quod mihi durum aliàs foret creditu, qui haud facilè tuam valeo aſſequi mentem.

Theop. IX. *Teſtis* per Antiſtœchon eſt à θέσπις, ιος, ὁ κὴ ἡ, Vaticinus, divinus, ex Deo loquens, vel à Deo dictatus.

X. *Titulus* eſt ab ἀντιτολὴ, ῆς, ἡ, album illud, quod eſt juxtà unguium radices, dicitur autem ſic per Epentheſin, pro ἀντολὴ, & hoc per Syncopen, pro ἀνατολὴ, Ortus, exortus propriè Solis & Lunæ, it: Oriens, pars orientalis, verbi ἀνατέλλω, oriri facio, it.: orior, it: enaſcor, exiſto, apparere incipio. Hinc translatum vocabulum ad cujuſcunque rei, operis vel perſonæ inſcriptionem & notam, nec quin tranſcribam locum è Juſtino, 3. 5. præterire hìc poſſum: Tyrtæus *recitatis pro concione exercitui carminibus, in quibus hortamenta virtutis, damnorum ſolatia, belli conſilia conſcripſerat, tantum ardorem militibus injecit, ut non de ſalute, ſed de ſepultura ſoliciti*, teſſeras *inſculptis ſuis & patrum nominibus, dextro brachio deligarent: ut omnes adverſum prælium conſumpſiſſet, &*

tem-

temporis spatio confusa corporum lineamenta essent, ex indicio titulorum *tradi sepulturæ possent.*

Phil. Sic Italus Auctor Fr. de' Berardi, in Agrippina minore pro *Nota* posuit p. m. 6. L'esersi costei (Messalina) pel passato perduta con „gl' Histrioni, e con altra gente volgare, era stimato veramente un vergognoso *titolo* impresso „nell'ammanto della stirpe regia &c. Et Hispani *n*, *con tilde*, i. e. cum titulo; & Germani *tittel n*, vocant literam *ñ* lineola notatam. Sic Titulus pro causa ponitur in Justin. 5. 1. *Et erat hic quidem titulus cum Græcis coeundi: re autem vera timebat. &c. cum titulo officij* Just. 9. 7. 10. id. 15. 4. 13. *Titulus libertatis post victoriam in servitutem est versus.* Id. 18. 7. 13. *Quid porrò Tu in purpura ista coronisque aliud, quàm victoriarum mearum titulos geris?* Hinc denuò Græcorum τίτλος, & παράτιτλα, Summæ rerum ad titulos appositæ. Desiderio tuo satis ita factum arbitror: nunc & promissis meis fidem præstabo. At ubi ad amussim non omnia respondeant, hominem me esse memineris.

Phil. Non Apollinis effata magis vera esse equidem mihi persuadeo.

Theop. Primum in litera *P*. vocabulum, cujus etymologia hactenùs laborat, est

I. *Pætus*, per Aphæresin ab ἱππάετος, monstrosum animal ex aquila & equo; de aquila autem, quantum visu cætera antecellat animalia, constat. Hìc igitur pro monstro visus accipitur.

Phil. Patiuntur ne & alia idiomata Aphæreses adeò frequentes?

Theop.

Theop. Frequentissimas : en , si hoc idem caput abjeceris à voce *Hippagius* , ἱππαγωγὸς (ita vocabatur juvenis , qui Principi , vel Imperatori Constantinopolitano equum ad insiliendum præducebat) habebis Italorum *Pagio* , & Gallorum *Page* . A quo vocabulo (verba hæc sunt M. Zueri Boxhornij , *page* , à παῖς , vel hoc ab illo derivantis, Diss. de Græcorum, Romanorum , & Germanorum linguis , earumque symphonia) non abludit vetus Persicum , quod apud Curtium legitur , & idem significat Bagoas, quo & usus est Ovid. 2. Amor. Eleg. 2.

Quem penes est Dominam servandi cura Bagoe .

Phil. Eosdem Curtius 5. 1. & 8. 6. describit, *fuisse Principum Macedoniæ liberos adultos , qui inter alia ipsorum ministeria acceptos ab Agasonibus equos , cùm Rex ascensurus esset , admovebant , comitabanturque & venantem , & in præliis , omnibus artibus studiorum liberalium exculti* .

Theop. Sic ab ἱππάρδιον est Frisiorum *Paerd* , *Peerd* , & Germanorum , *das Pferd* , non à *ferus* , ut quidam magni nominis Vir putavit . Sed pergo ad alia .

II. *Palumbes* in Genit. Palumbis, est à παλίμπους , pedem reflectens , retrogradus ; verum ejus generis columbarum epitheton .

III. *Papyrus* , πάπυρος , Ægypti frutex, & edulium est , dulcissimum in cibo saporem offerens . Derivatur ergò à πέπειρος , coctus à Sole , maturus, it : mollis, mitis , undè & ἔπερι , & exindè piper , undè Germanorum

 Peper,

Peper, & *pfeffer*, ſicut ab illo, tanquam vocabulo recentiùs introducto eſt: *papier*.

IV. *Par*, paris, eſt à πάρισος (ex παρὰ & ἴσος, par) æqualis, vel compar.

Phil. Hinc procul dubio *Pares Franciæ*, & *Vrbs Pariſiorum*, nominis ſui originem παρωνύμως agnoſcent?

Theop. Non deſunt, quibus hoc perſuaſum eſt, inprimis quod attinet duodecim Pares, quos poteſtate *Principes æquales à Carolo Magno*, vel ut volunt alii, *ab Ovo Troiano* (ita Hondius in Atlante min. p. 218) inſtitutos eſſe dicunt.

Verùm enimverò *Par*, hoc in loco æquivocum mihi videtur, paritatemque vel poteſtatis æqualitatem *accidenti* priùs debere, quam inſtituto.

Primi ergò *Pares*, & *Pariſii* (olim Pariſiæ, ſicut & vulgò dicuntur Parthenii, qui Veteribus & Græcis *Parthenia* apud Juſtinum) eò terrarum advecti ἐπήρεις fuere, & ὑπηρεσίαι i. e. remiges & naves adminiſtræ earum, quæ armatos portant: Rei fidem facit *NAVIS*, cui Urbs, Franciæ Inſula, regni Caput & Regia, nomen, inſigne & incrementum ſuum debet.

Phil. Idem Pariſiorum nomen, & in magna Britannia, & in Sophorum regno, ex Cluverio notum. Et Juſtino 12. 8. 9. vocantur Præſidæ, ſeu Præſidiæ, Curtio autem 9. 2. 4. ſunt Pharrhaſij.

Theop. Nec inſolens videatur à Navibus, Ur[bis] & Gentis illius nomen & inſigne profluxiſſe: cùm & Inſulæ *Corcyræ* nomen & inſigne pari ſan[e]

mo-

modo sit à Κέρκουρος, vel ut alii legunt, Κέρκυρος, i. e. Genus navigii brevioris, q. d. caudata navis; imò ab Ἄδρια, quæ sunt ex unico ligno navigia, perantiqua nostra *Adria*, & hinc *Adriaticum mare* sui agnoscit nominis rationem.

Phil. At quo titulo Parium nomen ad tantam dignitatem fuit evectum?

Theop. Ex immemoranda Celtarum antiquitate sapientissimus pariter & Christianissimus Imperator hoc nomen denuò eruere, postliminioque restituere voluit, idque ad imitationem *Servatoris*, cujus Ecclesiæ Navis sicut committebatur duodecim ducenda Apostolis; Ita *Regem* decuit Naviculam Regni Paribus, vel Remigibus totidem, quorum Remensis primus est, committere.

Ut autem *naturæ nihil placuit esse sine pari*: ita prudentia Regis, quòd ipse multarum Gentium bellis, ex diversis locis ūno tempore confluentibus, par esse non poterat, eò vocabuli sensum dirigere voluit, ut exindè noscerentur, quos Franciæ Pares asciviſſet, & ad summa Inaugurationis,&Coronationis munia obeunda instituisset, quoque haberet, quibus cum Alexandro Magno dicere posset; *Vobiscum, ò Juvenes, & mei æquales, Urbium invictarum antè munimenta superavi, montium juga perenni nive obruta emensus sum: angustias Ciliciæ intravi: Indiæ sine lassitudine vim frigoris sum perpessus. Et mei documenta Vo- dedi, & vestri habeo &c.* Sic Mithridates non r Sodales, sed inter coæquales, aut equo, cursu, aut viribus contendebat. Et de Pom- o Magno Sallustius in fragm. hist. *Equitare, -lari, cursu cum æqualibus certare.*

Phil.

Phil. Quis igitur miretur, talibus miniſtris Orbem Terrarum victum, cùm exercitus Macedonum tot non Ducibus, ſed Regibus regeretur? qui nunquam ſibi reperiſſent Pares, niſi inter ſe concurriſſent. *Pariſiorum* autem origo, potiùs mihi quidem approbatur, quàm quæ ſit à *Paride*, vel à *παῤῥησία*, quod Rigordus, & poſt eum Guilelmus Aremoricus ſtatuerunt. Sed dum mollia ſunt fandi tempora, undè quæſo cætera, quibus hæc Urbs claret, nomina?

Theop. Λευκοτία (ſubintelligatur νῆσος) ea Celtis & Gallis ibi conſidentibus primitùs vocabatur, quod Συνώνυμον, & ferè idem eſt ac genericum illius Regionis nomen Gallia (mox Goella, la Goele, pòſt la Gaule) à candore Populi, non ut volunt alii, à parietum albedine ſic dicta: Quem quidem colorem hodienum adhuc in teſſeræ militaris ſignum ſtrenuè obſervant. Franci eam poſteà *Lutetiam* nominavere, non à luto, ſed *à lutea* herba, quæ locis aquoſis innaſcitur, *aureoque flore* depingitur, quæque ibi tùm copioſo fortè proventu oculos incurrebat, & colligebatur; quippe quæ tingendis *cæruleo colore* pannis inſignem præbebat uſum. Imò ſi *Salicarum legum* originem ſcire aves, in hujusce herbæ foliis, quæ *Salica* vocantur, quibuſque olim inſcriptas fuiſſe probabile eſt, ſcrutanda erit. Confer Herbar. Pancavio-Zornianum. pag. 41.

Phil. Non malè cohærent, imò ex his origo totius Regni *Inſignium* clarè eluceſcit. Quod verò dicunt: *Cœlitùs data eſſe lilia*, eo ſenſu intelligo, ſacri Codicis Myſtam quendam Θεόπνευστον *lilia*, quibus in Evangelio ſapientia Salomoni

com

comparatur, inclyti hujus regni genuinis dotibus æquiparaſſe, eaque Regum Chriſtianorum Primogenito religiosè ita fuiſſe interpretatum. At Lutea, quomodo abiit in Lutetia?

Theop. Eodem planè modo, quo ab *Eliſa* dicta eſt *Eliſatia*, hodiè *Alsatia*; & quo *Aquæ Helvæ*, poſteà dictæ fuerunt *Helvetiæ*, undè totius regionis illius nomen; & tandem quo Inſulæ noſtrates *Venetæ* producto vocabulo dicuntur *Venetiæ*. Sed ad ea, quæ ſuperſunt, pergendum eſt.

V. *Paradiſus*, Παράδεισος, nomen accepiſſe autumo à πυροδαίσιον, *das Paradeis*, i. e. locus *ubi ignis*, qui & Scythis apud Juſtinum 2. 1. *Mundum genuiſſe credebatur*, *accenditur*.

VI. *Pars* partis, in bello Grammaticali & caput & caudam amiſit; eſt enim ab ἀπάρτισις, verbi ἀπαρτίζω, perfectum & abſolutum reddo, omnibus numeris expleo, it: quadro, adæquo, it: diſpertior, & divido. Ejuſdem rationis ſunt *Ars*, ab ἀρτίζω, & *Sors*, ab ἐξαρτίζω, de quibus ſuo loco.

VII. *Paucus*, derivo à βαυκὸς, delicatus.

Phil. Et Galli *petit* vocant, quod tanquam jucundum & delicatum *expetitur*. Suppetuntne alia quædam exempla, quibus β in *p*. mutari probetur?

Theop. Gallorum *Petit* non eſt à petitus, ſed ab ἐπιτίτθιος, infans lactens, propriè enim dicitur de partu ſeu fœtu, v. g. *une femme a vec sõ petit. Les petits des oyſeaux. Les petits d'une chiẽne. faire ſes petits &c* uti ex Dictionariis *Pomey & Delbrũ* videre eſt. Quod autem β in *p*. mutetur, en quotvis, & quidem ex eodem capite: *Poples*, po-

poplitis, à βυπαλὶς, ίδος, multam luctam habens, undè βυπαλίδες, tibialia.

Pulex, pulicis, à βυπλὴξ, ήγος, boves feriens, aut pungens.

Pulvis, pulveris, à βόρβορος, cœnum, limus, & hoc à πέρπερος, levis &c. Et cùm in eodem themate prælaudatus Vossius tractet etymon *Pauli* Apostoli, cujus nomen cum D. Augustino, Primasio aliisque docet, Apostolum *Paullum* hoc nomen elegisse, ut se ostenderet *minimum Apostolorum*: præterire hìc non possum, quin & aliorum mentem aperiam; siquidem ex ore religiosissimi cujusdam Viri habeo, ipsum nomen hoc assumpsisse in gratiam *Sergii Pauli* Proconsulis, quem ad fidem convertit. Verùm sit ut sit, nominetenùs &

Saulus, & *Paulus*

ἀφαιρετικῶς originem mihi trahere videntur; ille à μέσαυλος, qui in Caula vivit; sicut olim *Saulus* asinorum pastor: & hic ab ὕπαυλος, qui in aula est. Postquàm enim in aula Cœli renatum fuisset Vas illud electionis, sordidam caulæ memoriam non immeritò commutavit.

VIII. *Pavo*, pavonis, est ab ὀπάων, ονος, ὁ καὶ ἡ, qui sequi aliquem jubetur, comes; assectator. Est enim Junonis ales, qui ipsam comitatur. De quo Ovid. I. de Art. Am.

Laudatas ostendit avis Junonia pennas.

IX. *Pelagus*, πέλαγος, est ab ἀπηλεγὴς, έος, ὁ καὶ ἡ atrox, sævus, quasi nullius curam aut respectum habens. Hìc observa, quòd

 ab-

abjectione τῦ α, investigantur & sequentia:

Petilus pen. producta, Vossio est à πέταλον, folium; nobis ab ἀπέταλος, foliis carens.

Piger est ab ἄπαγρος, infelix circa venationes, infelix venator. Et *Plautus* ab ἄβλαυτος, excalceatus, discalceatus, qui nudis pedibus incedit.

X. *Pestis*, olim Pestasis, & corruptiùs apud Festum Pesestas, est ab ὑπόστασις, (post alia significata) sedimentum, quod ex urina subsidit, crassior urinæ portio secreta & subsidens, it: alicujus rei fæx subsidens, crassamen, it: humorum consistentia, h. e. cùm humores intùs manent, quos vacuari oportebat &c. ut: ἱδρὼς ὑπόστασις, & ὑπόστασις ἱδρῶτος. Jam ad alteram Decadem nostram pergo.

I. *Piscis*, dixerim esse ab ἱππίσκος equulus, quia ἱππίδιον & equulum & piscem quendam notat. Sed censeo esse à πέσκος, εος, τὸ (pro πέκος, à πέκω) pellis tondenda, vel pilis nudanda, argumento Lucretii, qui de piscibus ita:

Præterea genus humanum, mutaque natantes
Squamigera, pecudes.

Phil. Quì fit, quòd differentiam, quæ est inter *pecus*, pecoris, & *pecus*, pecudis, non tetigisti?

Theop. Vossius ambiguè posuit: sivè à πέκος, sivè quia soleat πέκεσθαι i. e. tonderi. At certum est ex eodem themate utraque fluere; nam à πεκάς, άδος, ἡ, Coma pexa, crines compti, est *pecus*, *pecudis* in gen. fœm: sicut à ποκάριον, ου, τὸ, parvum vellus, (in plurali ποκάρια) ceu diminutivo τῦ πόκος, ου, ὁ, vellus, vellumen, lana vellendo *ab Ove* dempta, & in floccum con-

conglobata, est *pecus*, *pecoris*, & pecora in genere neutro. Undè etiam factum est, ut per *pecora* oves; per *pecudes* autem animalia quævis veteres intellexerint.

II. *Pisum*; πίσοι, per Aphæresin est ab ἔπισον, subintellige ὀρόβιον, æquale scil. ervum, ob rotunditatem.

III. *Pius*, undè sit nondum reperi. Verba sunt Vossii. Sit ergò nobis, ut verè est, ab ἤπιος, clemens, mitis, lenis, benignus, & idem quod προσηνής. Et sicut ab hoc fit ἠπιότης, ητος, ἡ, lenitas, placiditas, clementia, & ἠπιάω, ῶ, mitigo, lenio, placo; sic ab illo fit *Pietas*, & *pio* &c.

IV. *Plebs* omninò factum è Plebes, quod apud Sallustium, Tacitum & alios; hactenùs cum auctore. Plebes verò nobis est ab ἀμφιλαβής, pro quo dicere amant, ἀμφιλαφής, amplus, multus, copiosus, undique plenus &c.

V. *Pluma*, per eandem figuram est ab ἔμβλημα, quod operi cuiquam injicitur, & inseritur ornatus gratia, it: vasorum aureorum, argenteorumque ornamenta, quæ his ita inserebantur, ut quoties libitum esset, refelli possent. Hinc & Germ. *Blume*, quod *florem* notat.

VI. *Poculum* est ab ὑπόκυκλον, orbis, qui tripodi aut alii ejusmodi vasi supponitur. ὑπόκυκλος enim est, qui orbiculos seu orbes subtùs habet, vel subtùs rotundus, aut aliquantum rotundus & orbiculatus: & hoc eadem ratione, qua *Seculum* est à χρυσεόκυκλον, aureum habens circulum, & *Oculus* ab εὔκυκλος, pulcrè orbiculatus, benè rotundus, it: bonos & pulcros

Orbes habens. Sic Euripid. in Oedipo, Κύκλους vocat *ipsos Oculos*.

VII. *Podex*, podicis, est ab ἐπιδέξιος dexter, it: qui est ad dextram.

Phil. Hinc erit, cur Itali *il destro* appellant Sellam familiarem. Sed nitidiorem expecto hujus etymi explicationem.

Theop. Δεξιὸς, κατὰ Συγκοπὴν est à διεξοδικὸς, pervius, per quem transiri potest. Hinc διεξοδικὸν scil. μέρος, pars corporis, per quam excrementa transeunt & emittuntur, aliàs intestinum rectum.

Phil. Sicut à δεξιὸς est δεξιά, ᾶς, ἡ, (subintellige χεὶρ) dextra; ita à rectus est Germanis, *die Rechte*, recta scil. manus. Sinistra autem undè nomen habeat, ignoro.

Theop. Sinister, priùs fuit sinisterus, quod est à συνέστερος, pro συνετώτερος sinistimus, cujus positivus est συνετὸς; (sic dexterus, undè dexter, est à δεξιώτερος, cujus positivus δεξιὸς) qui intelligi potest, it: intelligens, perspicax; prudens in judicando &c. Eodem planè modo ἀριστερὸς est ab ἄριστος, optimus. Et nunc quidem intelliges locum Varronis è quinto Epistolicarum Quæstionum, quem ibi Auctor è Festo producit: *A Deorum sede cùm in meridiem spectes, ad sinistram sunt partes Mundi exorientes, ad dextram occidentes. Hinc factum arbitror, ut sinistra meliora auspicia, quàm dextra esse existimentur. Idem ferè sentiunt Sinnius Capito & Cincius.* Hæc Festus. Conferatur locus Justini 18. 3. 9. Appellationes autem istæ mirum in modum successu tem-
[illegible]t inprimis à Romanis, qui non in meridiem,

diem, ſed in ſeptentrionem, polum versùs ora dirigebant, commutatæ ſunt. Ἀριστερὰ enim veteres vocabant τὰ μωρὰ, ut contrà δεξιὰ, τὰ συνετὰ, uti Scapula citat ex Schol. Soph. in Ajace.

Phil. Adhuc moris eſt apud *Orientales*, & quidem Turcas, ſiniſtrum latus honoris gratia offerre; ſicut Romanis econtrà dextrum, quippe *Orienti Soli* propius, in honore habetur. Et ita demùm depictæ quædam tabulæ intelligi debent, ubi Græcorum more S. Paulus D. Petri latus dextrum, ad occidentem quippe vergens occupat. Et hæc quidem παρέργως.

Theop. VIII. *Pollex*, pollicis, eſt ab ἐπάλλαξις, verbi (ἐπαλλάττω, quod videſis s. l.) alternatio, it: indiſcretus ab altero in alterum tranſitus; alterius viciſſim & alterius motio indiſcreta, ita ut oculũ fallat. Sic apud Ariſt. δακτύλων ἐπάλλαξις, celerrimus motus duorũ digitorũ, cũ alternos tollimus & demittimus, it: micatio digitorum. Et hinc puto manſiſſe nomen Pollici; ſicut anteriori ſignificationi reſpondet *Pollux* (Græcis Πολυδεύκης) Jovis ex Læda filius, frater Caſtoris, ideò quòd fratrem alterna morte redemerit, ut Poetæ fingunt, Virg. 6. Æneid. Ferunt enim Pollucem, qui eodem cum Helena Ovo natus immortalis erat, fratris deſiderio à Jove petiiſſe, ut immortalitatem ſuam cum fratre poſſet partiri: qua re impetrata, alternis eos & mortem oppetiiſſe, & revixiſſe. Cui fabulæ occaſionem dedit Geminorum natura, quorum altero oriente, alter occidit, & è converſo.

Ex eodem Themate procedit & πάλλαξ, ακος, ὁ,

pro quo dicitur & πάλληξ, Juvenis, adoleſcēs, & παλλακὴ, ῆς, ἡ, vel παλλακὶς, ίδος, ἡ, puella, Juvencula, it: Concubina. Vndè Latinorum *Pellex*, pellicis, Ibi enim verè fit indiſcretus ab altera in alteram tranſitus.

Phil. Ex una origine Græca tot diverſa prodeunt Primitiva Latina. Sed (Iubet hìc ipſiſſima verba Voſſii in voce: *Pellex*, inſerere) *Quis neſcit, cùm Voces ex una lingua in aliam transfunduntur, quemadmodum fit in Vinis; ita & hæc quoque nonnihil abire à priori natura.*

Theop. *IX.* *Populus*, priore porrecta, eſt ab ὑπέπηλος, aliquantum lutoſus.

Populus autem priore correpta eſt ab ἱπποπόλος, qui circa equos verſatur, qui equos alit, ac iis ad pugnam utitur, it: equeſter. Qua ratione etiam à plebe diſtinguitur. Vid. Auſon. Popmæ libr. de differ. Verb.

X. *Porca*, *die Furche*. Quatuor hujus vocis etyma extant in Auctore; accedat ergò & quintum, videlicet à προχὸη, vel προχοὴ per metatheſin, oſtium, quo fluvius in mare effunditur; *Mare* autem quid propriè ſit, ex origine hactenùs ignota patet: Eſt enim ab ἀμάρη, ης, ἡ, aquæ ductus, ſulcus in prato, vel horto, per quem aqua ducitur irrigandæ terræ gratia.

En Tibi unguem, ex quo cætera, & tibi, & aliis judicanda relinquo; & ſi multi rei literariæ cauſa nil non intentatum reliquiſſe glorientur, certò tibi velim perſuadeas, quòd quàm plurima infecta nobis reliquerint, quibus explanandis ita inſudavimus, ut otia poſteritati feciſſe credamus.

Phil. Ex tripode omnia dixisti ; sed Corollam cedò ex promissis .

Theop. Post exantlatos labores animus est recreandus. Ludum igitur producam , quem *Latrunculorum* , *sivè Calculorum* vocant , de cujus origine non una pagina repleta est , & quamvis tot tantique auctores illum modò huic , modò illi nationi adscribant , nullum tamen inveni , qui mecum sentiret , undè motus , & meam hìc aperire auspicor sententiam . Heroum præclarè gesta modò Cœlo & Stellis ; modò mari & territoriis ; modò extructis Urbibus & Templis ; modò denique saxis & lapidibus inscripta fuisse novimus , nec ulla in re magis sollicitam se exhibuit antiquitas , quàm ut nominis & rerum benè gestarum memoriam posteris relinqueret . Hujus rei exemplum præbet historia Herculis , cujus sacrorum auctores celebrantur Pinarius atque Potitius , de quibus legere est apud Virgil. l. 8. Propert. 4. l. 10. Eleg. Ovid. i. Fast. Liv. 1. lib. & Dionys. Halic. 1. libr. *Hercules* , inquam , & quidem Tyrius, cùm post deletum Geryonem ex Hispania redux in Italiam abegisset illius boves , & *Cacus*, Vulcani cujusdam progenies , famosus propè Tyberim latro, cùm *quatuor* de illis Tauros , totidemque Juvencas clam furatus esset : Hercules nullum non movit lapidem , Cacum hostiliter petendo , armis undique advocatis , ut monstrum illud hominis interfectum è medio tolleret .

Hujus facti , vel beneficii memoriam conservandam Jubuit antiquitati huic ludo inserere , idque hoc modo :

Ibi concurrunt duo Latrones : *Hercules* abactor , & *Cacus* abigeus .

(Abactores vocantur pecuariorum animalium fures , latrunculive . Abigei autem , ut auctor est Ulpianus , propriè dicuntur , qui pecora de pascuis , vel ex armentis subtrahunt , & quodammodo deprædantur .)

Quòd autem *Latronis* nomen,tũ temporis datum fuerit hujusmodi conquisitoribus , testantur verba duabus apud Tingin ab Hercule positis columnis , lingua Phœnicia inscripta : *Nos sumus profugi à facie Josuæ Latronis , filii Nun &c.* ut ex Procopio refert Cl. Hornius in Historia, seu Arca Noæ . pag. 60. Imò *latrocinium illis temporibus gloriæ habebatur* , teste Justino 43. 3. 5. Figurantur igitur hìc duo Latrunculi , quorum nomina:

Rex albus , & *Rex niger* .

Ibi abducuntur *quatuor Tauri* , *quatuorque Juvencæ* ; quamobrem *octo* hic visuntur *stabula* , vel si mavis *Campi* , quatuor videl. nigri , & quatuor albi , cujus numeri quadratum abit in sexaginta quatuor loculos , qui componunt hujus ludi aream .

Ingētia ibi saxa, quibus extructa erat Caci Regia , avelluntur ; undè huic ludo aliud nomen ,

Calculorum nempe :

Omnia ibi apportantur arma ; hìc pariter exercitus utrinque conscribitur , constans *octo* militibus , *duobus* fortalitiis , seu turribus , tot equitibus , totidemque cursoribus , & *una Regina* , quæ supremi Generalis vicem subit , *unoque Rege* , totius ludi anima .

In

In isthoc certamine Cacus ab Hercule petitur; at verò Itali, ne honestas aures offenderent, (est enim æquivoca vox, & sordidioris quoque significationis) eidem vocabulo *Cacco*, per Prosthesin S. præfixerunt: quæ figura non illis solùm, sed & aliis Nationibus est frequentissima.

Sub nomine autem *Scacco*, debilior à fortiori lacessitur, quo capto, encomii loco Victor inclamat:

Scacco Matto,

hoc est, *Cacus mactus* est. Id quod verisimile est Herculem cecinisse, quando Cacum delevit.

Quocum & ego pro tempore arma suspendo, & quoniam præter metam propositi in Herculem & Cacum impegeram, mulctam mihi ipsi pono, dum dicere facesso: Cordato cuique Judici sententiam nunc ferre licet.

At Tu, benè vale, mi Philologe.

Phil. Vale, iterumque vale, optime Theopranice!

Senec. lib. 7. Quæst. natur. c. 31.

Rerum natura Sacra sua non simùl tradit: illius arcana non promiscuè, nec omnibus patent, reducta & in interiore sacrario clausa: ex quibus aliud hæc ætas, aliud quæ post nos subibit, accipiet.

F I N I S.

ME LEGAT INVITUS NEMO,
NON SCRIPSIMUS ILLI:
HUIC SCRIPTA EST, SI QVEM
PAGINA NOSTRA JUVAT.

CLA-

CLARISS·AVCTORIS
MERITO.

QVI novit pretium ponere tempori;
Qui plus *Ingenio*, quàm *Genio* favet;
Virtutem ſolidi pectoris hoſpitam
Qui Muſis comitem dedit ;

Hic ſuprà Populi Judicium ſapit,
Hæres ipſe ſui ; cætera negligit ,
Et ſolis animi deliciis frui
lucrum judicat optimum :

Æqua

Æqua ſic trutinans lance ſcientias,
Dum *Mutis* ERICUS, dumque *Vocalibus*
Signis ac *Numeris* ſtrenuus emicat;
Punctum præ reliquis feret.

Honoris & amicitiæ ergò,
mente manuque gratulabundus
& hoc appoſuit

Michael Stahel VVirttemb. M.C.

LE-

LECTOR BENEVOLE.

Nec tùm perfectione caret, aut fine suo defraudatur *Typographica*, artium cæterarum nobilissima, cùm sphalmatum aliquando lolia, agrorum ritu producit. Nostræ namque imperfectionis titulos hac nobis ratione vult impressos, & vel silendo, muta (mirum!) magistra loquitur:

Nihil esse ab omni parte beatum.

Graviores quidem mendas, sivè defectivas illas, sivè pleonasticas, quæ per incuriam quoquo modo irrepserunt, ego sic correxi; leviores verò interpunctiones, vel temerè omissas, vel inconsideratè locatas, Tu ipse L. A. corrigito.

Fol. 1. pag. 10. lin. 7. pro lucucrat: lucubrationibus. Pag. 31. Lin. 3. pro ρ, sit ρ. p. 40. l. 12. & p. 41. l. 11. pro ἐϖίσισον, ἐϖίσιϛον. p. 59. l. 3. *in aliquot exempl.* pro ` sit ´. p. 73. l. 3. pro intercessetit, intercesserit. p. 79. l. 15. pro ⊣, ⊢. p. 80, l. 10. pro ζ, ξ. p. 89. l. 10. pro Κ, κ. ead. p. l. 10. & seqq. *abundant lineol.* ---. ead. p. l. 16. *pro* U, U V. & l. 17. pro u, u v, p. 112. l. 29. pro, *Iovem*, *Ignē*. p. 116. l. 23. pro agger, agger) p. 120. l. 1. pro *Capetus*, *Capetus* & l. 16. pro ὑτός, ὗτός. ead. p. l. 31. pro κχρύοφυλλον, κχρυόφυλλον.